
J. CRESSWELL.

32930/B

92

11 vols

53828

# *JOANNIS LELANDI*

## ANTIQUARII

## DE REBVS BRITANNICIS

# COLLECTANEA.

CVM

THOMÆ HEARNII Præfatione Notis et Indice ad Editionem primam.

---

EDITIO ALTERA.

VOL. I.

---

Accedunt DE REBVS ANGLICANIS OPVSCVLA VARIA è diverſis Codd. MSS. deſcripta et nunc primum in Lucem edita.

---

LONDINI:

APUD BENJ. WHITE, IN FLEET STREET.

M DCC LXXIV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# THOMÆ HEARNII

## EDITIONIS PRIMÆ

# EDITORIS PRÆFATIO

## Ad egregium Antiquarium
## BROWNUM WILLISIUM
## DE WHADDON-HALL
## IN AGRO BUCKINGHAMIENSI,
## ARMIGERUM.

*Antiquitates noſtræ hortatu cl. Williſii paullo diligentius à me excultæ. Collectaneorum Lelandianorum utilitas. Lelandi & Williſii in reliquiis antiquis è tenebrarum latebris eruendis induſtria.*

§. 1. ACCIPE, Vir cl. Joannis Lelandi Antiquarii de rebus Britannicis Collectanea, ex Autographis à me ſumma fide deſcripta, & in lucem edita. Et cuinam potius quid in hoc opere præſtiterim, aliaque quæ præmonenda duxi, quam tibi exponam, qui mihi auctor fuiſti, ut Antiquitates noſtras paullo diligentius proſequerer, teſtimoniumque aliquod poſteritati relinquerem me horas non male collocaſſe? Sed cui bono, inquiet quiſpiam, hæc antiqua edis? Ut nempe ſciant omnes quanta fuerit anteceſſorum liberalitas, quanta in rebus geſtis enarrandis, & in optimæ notæ ſcriptoribus conſervandis, induſtria; quanta denique damna bonæ fecerint litteræ, cœnobiis, & bibliothecis ad ea ſpectantibus, penitus dirutis, & Codicum

MSS. vi ingenti in cineres plane redacta. Ceterum ut hæc damna aliquatenus reſarcirentur curavit Lelandus, qui, magna inſulæ parte peragrata, & bibliothecis aliquammultis perluſtratis, non paucos Codices ab injuria temporis vindicavit, ex aliiſque quæcunque ſibi in libris, quos meditabatur, concinnandis uſui fore præſenſerat, excerpſit. Nec alia fere quam excerpta ſunt hæc quæ nunc damus. At præclara quidem, & quæ magni ſemper fecerunt antiquarii illuſtres. Sed de eorum utilitate ac præſtantia nemo quam tu, Vir præſtantiſſime, accuratius judicare poteſt, qui tanta cum cura atque diligentia ſcriptores patrios evolviſti, & è ſchedis laceris aliiſque id genus monumentis, ſitu atque ſenio ferme oblitteratis, & in bibliothecarum forulis atque ſcriniis hactenus deliteſcentibus, innumera pene congeſſiſti, agri tui Buckinghamienſis Antiquitatibus condendis apprime neceſſaria.

Collectaneis hiſce aliquammulta immiſcuerunt alii, uncis proinde à nobis diſtincta. Woodii error.

§. 2. Inter legendum multa hinc inde notabis, hujuſmodi uncis [] incluſa; quæ quidem non Lelando, ſed partim Burtono, Antiquario Lindliaco, partim aliis debentur. Quin & Burtono non tantum Vita Lelandi, è Baleo (antiquitatum Britannicarum diligentiſſimo perſcrutatore) deſcripta, ejuſdemque corollarium, à ſe ipſo litteris conſignatum, verum etiam inſignia illa, è feneſtris aliiſque vetuſtatis reliquiis eruta, quæ cœnobiis aliquibus præfiguntur, adſcribenda. Hæc omnia aſſumenta memoravit item Woodius in Athenis ſuis Oxonienſibus. In illo tamen ceſpitavit, quod flocci æſtimanda eſſe ſubindicaverit. Ex optimis

optimis etenim auctoribus ac monumentis ſunt deſumpta, Lelandumque ſupplent, corrigunt, & illuſtrant. Sed hanc Woodii cenſuram non eſt cur miremur, quum alibi etiam minus conſiderate de aliorum ſcriptis pronunciaverit.

De ſermonibus quos cum cl. Williſio de eccleſiis & cœnobiis, pariter atque de pavimentis vetuſtis habuimus.

§. 3. Gratulor tibi & mihi, Vir cl. quod quoties ad memoriam revoco diſputationes noſtras de re antiquaria, toties recorder ſermones, quos Oxonii de eccleſiis cœnobiiſque vetuſtis nuper habuimus. Tu quidem multa his de rebus accurate, nec minus docte. Et ego quoque viciſſim nonnulla notavi quæ tibi (qua es humanitate) perplacuerunt. Præ manibus tunc fuit ſchedula illa Lelandi noſtri, è qua ſepulchrum Henrici tertii Weſtmonaſterii eleganter adornaſſe Edwardum primum ediſcimus. Hoc mihi anſam præbuit de Romanorum pavimentis diſſerendi. Sed quo minus pergerem impedierunt advenæ aliquot qui avocarunt. Promiſi tamen me tandem aliquando, quod inceperam præſtiturum. Idcirco nunc fidem abſolvo.

Antiquitatum Ambroſdenianarum conſarcinatoris hallucinatio. Pavimentum Stunsfeldianum Weſtmonaſterienſi longe præſtantius. Ornamenta ad libidinem fingebant teſſellarii.

§. 4. Verba Lelandi ita ſe habent: "Anno octavo ſui regni Eduardus primus ex Gallia advexit porphyreticum "marmor, ex quo ſepulchrum patris "Weſtmonaſterii ornavit. Lelandus. Ex "cruſtis & reliquiis porphiretici marmoris facta ſunt ibidem pulcherrima pavimenta teſſellata illa[a]". Verba iſta, ni fallor, (quanquam in loco indicando lapſus eſt) ob oculos habuit Antiquitatum Ambroſdenianarum conſarcinator, pagina nimirum 13. ubi de

a Coll. Tom. II. p. 364.

Roma-

Romanorum reliquiis agens, de hoc pavimento perinde loquitur ac ſi re vera cum pavimentis Romanis æquiparandum eſſet; quæ tamen longe melioris erant notæ, utpote quæ ab artificibus multo peritioribus elaborata fuerint. Id quod ſatis notum ex hoc genus monumentis ſæpiſſime apud nos erutis; præſertim ex pavimento Stunsfeldiano, eximio plane, & quod Apollinem Sagittarium (quem & Belatucadrum non raro appellaverunt veteres) dextra pateram, ſive poculum, ſiniſtra jaculum, una cum animali ficto ac commentitio exhibet. Teſſellarii ſcilicet ornamenta ad libidinem fingebant; id quod etiam faciebant pictores, ut è codicibus illuminatis colligimus. Adeo ut gravi de cauſſa illi quidem à judicibus æquiſſimis male audierint, qui vel tygridem, vel pantheram nominarunt (quarum neutri competit figura) rectius chamam, vel potius axin, dicendam, ſi modo hæcce animalia (quorum meminit Plinius) artifici noſtro vel de nomine nota fuiſſent, aut ſi, pro ratiociniis noſtris, Theodoſii res geſtas ob oculos non habuiſſent pavimenti auctores.

Sententia noſtra de Apolline Sagittario non abſurda. Eam firmant monumenta vetera. Nummi quidam Athenienſium, (non, ut alii, Segeſtanorum,) Rhodiorum, Lariſſæorumque, illuſtrati.

§. 5. Neque mirari quiſpiam debet, quod Apollinem Sagittarium Deum noſtrum vocitemus, quamvis ſagittam, proprie ſic dictam, non teneat. Nam (ne quid hîc loci notem de ſagittis & tementatis miſſilibus quibus Britanni veteres pugnabant) & illi Dii qui jacula, ſeu ſpicula, pila non raro antiquitus vocata (ut notat Aul. Gellius [a]) æque ac illi qui ſagittas gerunt, inter Divos Sagittarios ab antiquariis optimis numerantur. Eo plane modo quo & à ſcriptoribus

[a] X. 25.

ribus veteribus bellatores appellantur αἰχμηταὶ, τοξόται, ἑκηβόλοι, licet arma nominibus conſona non ferant. Inde αἰχμητὴς Didymo eſt πολεμιστὴς [a]. & πολεμικός [b]. Ob eandem etiam rationem alibi ἰομώρους interpretatus eſt πολεμικοὺς, ut de bellatoribus in genere vox accipiatur. Atque hoc loco non ſunt prætereundi nummi quidam rari ex argento, in quibus Apollo jaculum vibrans, cum Trinacrio & hiſce litteris .... ΤΕΕΔΙΙΥΙ (quas ignotas vocat Begerus) cernuntur. Cujuſmodi nummos perſæpe vidimus, & in altera parte duos athletas deprehendimus, è gymnaſio ſcilicet quopiam Græco, ubi Apollo non ſecus ac exercitiorum palæſtricorum dux atque pater exhibendus erat. Inde factum ut in hiſce nummis non radiis ſed pileo ornetur, nuduſque etiam repræſentetur (ac ſi revera eſſet athleta) niſi quod verenda tegantur panno, ne inverecundiæ (quæ à juvenibus vitanda erat) favere videretur. Non poſſum igitur quin mirer nonnullos Segeſtanis nummos iſtos adſcribere, qui potius, mea ſententia, ad Athenas ipſas ſunt referendi. Nec à nobis diſſentit cl. Patinus. Apollinem quoque Sagittarium (cujus caput Bacchi ipſius caput nonnunquam aſſimilat, ut è nummis Bodlejanis liquet) dextra poculum, ſiniſtra haſtam apud Langum habemus. Et nonnunquam Rhodiorum ac Lariſſæorum nummi Apollinis faciem exhibent noſtri Appollinis faciei omnino ſimilem; adeo ut vix, & ne vix quidem à ſe invicem diſtingui poſſint.

[a] Ad Il. Γ. 179. [b] Ad Il. Ε 197.

§. 6. Sed

Jacula in nummis pluribus non alia à jaculo quod tenet Apollo Sagittarius in monumento Stunſfeldiano. Non deſunt etiam nummi qui ſimilem chlamydem exhibent.

§. 6. Sed nec haſtam nec jaculum eſſe quod tenet noſter opinantur alii. At minus recte, ut puto. Talia etenim jacula commemorat Salmaſius. Tale etiam & illud (vel ſaltem non admodum diverſum) quod conſpicitur in monumento Arundeliano in ambulacro Bodlejano, cum ΔΗΜΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝ ΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤΟΣ. Nec abſona ſunt illa, quæ aliquoties vidi in nummis Elaitarum, aliorumque Græciæ populorum. Ne quid dicam de nummis imperatorum Romanorum, Alexandri nimirum Severi, Gordiani Junioris, Conſtantini Magni, Fl. Julii Conſtantii, Conſtantini Junioris, Probi, aliorumque. Quos omnes, modo opus eſſet, proferre poſſem. Unum Fl. Julii Conſtantii, prope Burgum ſuper Sabulum repertum (eopſe videlicet loco ubi Caſtra Exploratorum fuiſſe videntur) cum eodem fere jaculo mihi oſtendit amicus eruditus, & perhumanus, nunquam mihi ſatis laudandus, THOMAS RAWLINSONUS, armiger. Qui & alium Probi imperatoris, in quo ſimilia jacula, mutuo dedit. Hic Verulamii erutus erat, cum multis aliis. Et milites, qui in hoc poſtremo nummo jacula tenent, eadem pene qua & noſter Apollo induti ſunt chlamyde. Haud aliter quoque chlamydatus eſt Sol, vel Apollo, in nummis aliquot Conſtantini Magni, in quibus SOLI INVICTO COMITI legimus. Cujuſmodi quidem nummum elegantem poſſidet vir eximius RICHARDUS RAWLINSONUS, THOMÆ frater. Et hic Radingi in agro Bercherienſi repertus erat, una cum aliis, ut fertur. Neque abſimilis eſt chlamys illa, qua amictus eſt Mercurius, in lapide eximio quem

ex

ex ædibus Peutingerianis ediderunt Viri docti, & ex Apuleio illuſtrarunt, qui ejuſmodi chlamydis mentionem fecit.

Quas nos chlamydes vocamus, alii mantilia minus recte (ut videtur) fuiſſe cenſent.

§. 7. Quas vero nos chlamydes, & Homerus χλαῖνας (quas nimirum περόναις, ἤγουν κομβίοις, συνέδησαν, ut loquitur Scholiaſtes [a]) nuncupamus, alii mantilia fuiſſe perhibent. Sed non adeo recte, ut mihi videtur. Nam mantilia olim nihil aliud erant quam lintea pro operiendis menſis. Sic Iſidorus. Et in eodem ſenſu Radulphus de Diceto, & Joannes Bromptonus mantillum habent, quod nomen à Gallico *manteau* derivatur, ut docuit cl. Waræus [b]. Nunc tamen pro pallio uſurpant. Atque hinc obortus eſt error quo homines prædicti (in re antiquaria parum verſati) tenentur, quem adjuvare viſum eſt.

Lanceæ lauro coronari ſolitæ. Id quod de pilis atque jaculis ſimiliter obſervandum.

§. 8. Nec quenquam, harum rerum peritum, fugit, lanceas, quæ cum haſtis eædem erant, lauro coronari fuiſſe ſolitas. Ejuſmodi lanceas ſive haſtas vidi in nummis Hadriani Smithianis qui in bibliotheca Bodlejana adſervantur. Idem porro obſervandum de pilis atque jaculis. Huc item referenda jacula, ſive haſtilia, quorum partes ſupremæ palmam repræſentant. Exemplum publico dedit doctiſſimus Du-Freſnius [c]; in nummo videlicet, cujus pars averſa hanc exhibet epigraphen: EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM.

Jaculum Stunsfeldianum lauro, non pampino, ornatum. Allectus in partibus Britanniæ Stunsfeldianis nunquam egiſſe videtur. Juliæ Soæmiæ nummus rarus.

§. 9. Exiſtimarem proinde laurum eſſe qua noſtrum ornatur jaculum, non vero pampinum. Quod ſi verum eſt, ut tam

[a] Ad Il. K. 133. [b] De Hibern. & Antiquitat. ejus Diſqq. c. XI. [c] De Familiis Byz. Tab. III.

verum eſſe, quam quod his in rebus veriſſimum puto, apte quadrabit ad ea quæ de Theodoſio (omnia tam hîc, quam alibi, admirabiliter adminiſtranti) in Diſſertatione tradidimus, ſed nequaquam ad Allectum, qui in hiſce partibus nunquam egiſſe videtur. Neque refragantur nummi in parochia de Wendlebury inventi, ubi & aliorum Imperatorum ac Imperatricum pariter atque Allecti nummi ſæpenumero eruuntur, quos omnes hîc loci prætermittam, uno duntaxat excepto Juliæ Soæmiæ (matris Elagabali) ex argento, qui, ut omnes [a] ejus nummi, rarus eſt, & magni æſtimandus. Mecum autem perquam humaniter communicavit Amicus ſingularis è collegio Univerſitatis, qui & ipſe à femina quadam ornatiſſima Oxonienſi in meam gratiam mutuo acceperat. Ectypum ſcilicet ſic ſe habet:




Figuræ in hoc nummo cum iſtius imperatricis moribus laſcivis & impudicis mire congruunt. Alceſtria prope Stunſfeldiam non ab Allecto fundata. Guilielmus Bromius laudatur. Nummus eximius Allecti, ut & alius Carauſii.

§. 10. Hoc in nummo, præter Juliæ Soæmiæ effigiem, Venerem à parte poſtica habemus ſedentem, dextraque pomum, ſiniſtra haſtam tenentem; & ad genua ejuſdem adſtat puerulus. Quæ omnia cum imperatricis iſtius moribus laſcivis & impudicis mire congruunt. Etſi vero plurium imperatorum hîc effodiuntur nummi, nonnulli tamen ex Allecti nummis, in campis Alceſtrianis non raro erutis, conjiciunt,

[a] Vide pag. 275. Appendicis primæ ad Lelandi Collect.

Al-


Alceſtriam ab Allecto fundatam fuiſſe, quorum tamen argumenta fluxa & invalida eſſe mihi videntur, quicquid è contra ſciolorum & Hiſtoriarum noſtrarum corruptorum greges obganniant. Quis enim non videt diu ante quam floruerit Allectus conditam fuiſſe, nomenque ſortitam apud Anglo-Saxones à vetuſtate? Recte proinde quod hac de re animadverterim in Diſſertatione Epiſtolari ad cl. THORESBEIUM [a] probavit amicus noſter communis GUILIELMUS BROMIUS de Ewithington in agro Herefordenſi, vir utique harum rerum, ut & politioris litteraturæ, peritiſſimus, & à quo agri Herefordenſis deſcriptionem accuratiſſimam exſpectare debemus, ſi modo ne in lucem proferatur non obſtet modeſtia. Amicus ſcilicet ille noſter quod de Alceſtria notaverant alii diligenter perlegit; à quibus tamen omnibus diſſentit, meamque ſententiam ſe libenter amplecti per litteras ſignificavit, è quibus etiam collegi ſe habere Allecti nummum aureum eximiæ raritatis; non alium nimirum ab eo quem & nos poſſidemus in bibliotheca noſtra Bodlejana, Londini, ut arbitror, (nam ML idem eſt quod MONETA LONDINENSIS) percuſſum. Sed verbis quid opus eſt, ubi adſit ipſe nummus? En igitur Ectypum.




Ubinam loci inventus fuerit iſte nummus non

[a] Ad calcem primi Vol. Itin. Lelandi, §. 2.

liquet. Verum ideo gratum fore cenſeo quod nemo hactenus in publicum emiſerit. Neque minus gratum fore exiſtimo nummum alium, ex ære quidem, ſed rariſſimum, à viro doctiſſimo, paullo ſuperius memorato, GUILIELMO BROMIO, ad me tranſmiſſum. Carauſii ſcilicet eſt, Ariconiique fuit effoſſus, cum pluribus aliis id genus. Sed & hunc itidem ſubjiciam, quem Londini quoque fuiſſe percuſſum nullus dubito.




Londinum officina primaria pro moneta cudenda in Britannia, ſicut è nummo optimo Valentis intelligimus. Hoc nomen LONDINVM Valente imperante non obſoleverat. Sunt & alia loca, præter Alceſtriam prædictam, quæ ab antiquitate nomen ſunt mutuata. Cl. Muſgravii error.

§. II. Non tamen eſt quod quiſpiam hinc colligat vel Carauſium vel Allectum Londini habitaſſe, quum & aliorum ſint nummi imperatorum Londini cuſi, qui tamen nunquam fuerint in Britannia, quorum unum nunc ob oculos habeo, Valentis videlicet, mihi ab amico, harum rerum ſtudioſiſſimo, oſtenſum. Ex æreis eſt mediocribus, & in parte obverſa hæc epigraphe conſpicitur, D. N. VALENS P. F. AVG. circa Valentis caput diademate inſignitum; in averſa vero SECVRITAS REIPVBLICAE, circa Victoriam gradientem, dextra laurum, ſiniſtra palmam. Sub qua figura legitur LON. S. P. (id eſt, LONDINI SIGNATA PECVNIA) hinc inde OF. I. quod nihil aliud valet quam OFFICINA PRIMA. Unde clarum eſt, Londinum tunc temporis officinam pro moneta cudenda in Britannia fuiſſe primariam. Valens autem juſſerat ut nummi cum alibi, tum & hîc percuderentur, ob Procopium tyrannum anno

anno Chriſti CCCLXVI. à ſe victum, & occiſum, A. D. VI. Kal. Jul. Et hic nummus, de quo loquimur, admodum rarus eſt; quum alii omnes Valentis nummi, præter æreos grandiores [a], ſint ſatis communes. Nec quidem eſt ſuſpectæ fidei, ſed plane inter genuinos recenſendus. Adeo ut hinc diſcere poſſimus, tunc etiam temporis urbem hanc inſignem LONDINVM (quod vetuſtiſſimum nomen eſt) nonnunquam fuiſſe vocatam, quamvis AVGVSTA frequentius diceretur, ob dignitatem qua floruit. Quin & in Britannia noſtra alia ſunt oppida, quæ & ipſa ſimiliter Alceſtria, vel (quod idem eſt) Aldborough, ſive Oldburrough, appellantur. Atque de his itidem in Diſſertatione noſtra Epiſtolari. Ab antiquitate ſcilicet nomen ſunt mutuata, non ab Allecto. Eo modo quo Alderſgate & Aldgate, duæ è præcipuis illis portis, quibus patent mœnia Londinenſia, ab antiquitate, non ab Allecto, ſunt denominatæ. Adeo ut hiſce portis non alia etiam ab hodiernis nomina indita eſſent, rerum potitis Anglo-Saxonibus, qui & è nummis, ibi repertis, Romanis antiquiſſimas fuiſſe, & ab artificibus ſolertibus extructas, colligebant. Ex his proinde quæ diximus conſtet nobis oportet cl. quoque MUSGRAVIUM Exonienſem (qui breviter ad me ſcripſit de hoc pavimento antequam Diſſertationem de illo typis mandaram) longe falli opinione, ædificium noſtrum Stunsfeldianum ab eodem itidem Allecto ſtructum fuiſſe exiſtimantem.

[a] Vide Savoti judicium de raris & communib. impp. Rom. nummis ad calcem primæ Partis Appendicis ad Lelandi Coll. p. 280. qui tamen non ſenſerat & hunc noſtrum nummum pro raro eſſe habendum.

§. 12. Ce-

Ædificium Stunsfeldianum tum demum incenſum perditumque quo tempore Romani è Britannia migrarunt. Caſtra ſtativa & immobilia in agris Stunsfeldianis conſtituta. Caſtrorum frontem STRIGAM, latus SCAMNVM appellabant veteres. Agri Stunsfeldiani arcifinii, ſive arcifinales, olim, ni fallor, vocati. Caſtra Stunsfeldiana ſemirotunda fuerunt.

§. 12. Ceterum, his omiſſis, non deſunt qui ædificium ante annum CCCCLXXVI. dirutum fuiſſe contendunt, quo nempe anno Heruli in Italiam irruperunt, Romanique omnes (ut alibi monuimus) Britanniam reliquerunt, quamtumvis jam antea pars maxima deſeruiſſent, Valentiniano nimirum tertio imperante. Verum hæc objectio ad rem parum facit. Sufficit, ſi tum demum ædificium incenſum fuerit perditumque quo tempore ejuſdem incolæ è Britannia migrarint. Sed plura non dico, utpote qui pavimentum dictum deſcripſi & explicui in principio octavi voluminis Itinerarii Lelandi, ubi docui in agris Stunſfeldianis caſtra fuiſſe Romana. "Caſtrorum "autem duplex erat ſitus, alius pro re nata & "belli exigentia, incertus atque mobilis; fixus "alius & immobilis, ut in caſtris ſtativis. In "ſitu fixo orientem, in mobili hoſtem, reſpicie-"bat porta prætoria [a]." Noſtra itaque caſtra ſtativa & immobilia fuiſſe exiſtimarem, in ducis Romani gratiam conſtituta, quorum proinde porta prætoria plagam orientalem agroſque Alceſtrianos reſpiciebat, quorumque frontem STRIGAM, latus SCAMNVM appellabant pro normis Gromaticis; quibus nominibus frons utique & latus in aliis omnibus item caſtris veniebant. Atque inde eſt quod "qui limes "in ſepulchrorum inſcriptionibus IN FRON-"TEM appellatur, illum STRIGAM appellent in "caſtrametatione Gromatici; & viciſſim quem "ſcamnum Gromatici, eundem ſoleant IN A-

[a] Dodwelli Diſſert. de Ripa Striga, §. 3. nec aliter Vegetius de re mil. l. I. c. 23.

"GRVM

" GRVM deſignare inſcriptiones [a]." Adeo ut, ni fallor, agri noſtri Stunsfeldiani arcifinii aliquando vocarentur, pro more veterum, qui agros illos arcifinios nominabant hoſtis arcendi cauſſa conſtitutos. Neque alios noſtros fuiſſe veriſimile eſt, qui tam prope viam illam militarem, ſive Prætoriam, vulgo Ikenild vocatam, jacebant; nec procul remoti erant ab Oxonio, Athenis Britannicis, quæ ne ab hoſtibus barbaris (in hiſce etiam inſulæ partibus graſſantibus) pro amore ſuo erga Muſas diruerentur cavebant milites Romani. A nobis etiam faciunt quæ notavit Oratorum Latinorum princeps in Epiſtolis ad Familiares [b], unde intelligimus caſtra ad fluvios olim poſita fuiſſe, quales videlicet per agros, de quibus diximus, decurrere notius eſt quam ut probari debeat. Porro ſilentio prætereundum non eſt, me autumare caſtra noſtra ſemirotunda fuiſſe, qua forma Galbæ etiam erant, quorum figuram conſervarunt viri clariſſimi Gabriel Simeonius [c] & Guilielmus Stewechius [d]. Talia etiam ſunt caſtra illa, Romana ut videtur, ad duos lapides cis Abbingdoniam, à parte nimirum Euro-auſtrali viculi de Bayworth. Talia item & illa Begbrokiana, quæ in Diſſertatione commemoravimus. At omnino orbiculari forma ſunt caſtri Sinnoduniana mille paſſibus à Dorceſtria in agro Bercherienſi ſita, & ſeſe miro modo ſupra Iſin flu. erigentia. Hæc nuper ſumma cum delectatione perluſtravi, locumque munitionibus firmiſſimis idoneum pedibus obivi. Quid quod & formam ſemirotun-

[a] Dodwell. loc. cit. §. 4. [b] L. X, n. 34. [c] In Obſervationibus antiquis. [d] In Not. ad 23. cap. l. I. Vegetii de re mil.

dam

dam laudet Vegetius? Forma tamen omnium frequentiſſima erat quadrata. Inde nonnulli non aliam formam apud Romanos viguiſſe fidenter prodiderunt. Quin & puto loci qualitatem in cauſſa fuiſſe cur formam ſemirotundam his in agris aliiſque non procul ſitis adhibuerint Romani. Sic enim Vegetius [a]: "Interdum "autem quadrata, interdum trigona, interdum "ſemirotunda, prout loci qualitas aut neceſſitas "poſtulaverit, caſtra facienda ſunt." Non me fugit alios codices *quantitas* habere. Verum utcunque legatur, ad amuſſim conveniet cum agrorum Stunsfeldianorum ſitu ac natura, qui antiquitus non certis linearum menſuris continebantur, ſed arcebantur fines eorum objectu fluminum, montium arborumque, id quod omnino poſtulabant hujuſmodi agri, ſicut ex Iſidoro [b] ſatis eſt manifeſtum, in cujus tamen aliquot editionibus perperam deſideratur particula negativa *non*, ſubſtituta à Goëſio è ſcriptoribus ſuis Gromaticis.


Ædificii Stunsfeldiani tubi Senecæ obſervationibus apte quadrant. Ejuſdem ædificii pavimenti icon, quam edidimus, vera & authentica. Apollo Sagittarius chlamyde & arctiſſimis femoralibus, pro more ſeculi quo floruerit artifex, indutus. Patera canthari forma nonnunquam facta. D. Philippi Sydenhami, Baronetti laus. Valeriani Senioris nummus eximiæ raritatis.

§. 13. Illud inſuper hîc loci operæ pretium eſt monere, tubos, de quibus in Diſſertatione, per quos circumfunderetur & aſcenderet calor (qui ex hypocauſto immiſſus ima ſimul, & ſumma foveret æqualiter) apte convenire cum Senecæ obſervationibus (qui docet ſua tempeſtate hujuſmodi tubos, parietibus immiſſos, inventos fuiſſe, quales nimirum in urbe etiam Legionum, teſte Gyraldo, olim occurrebant;) & ex icone pavimenti accuratiſſima (quam itidem juris publici feci

[a] De re mil. l. I. c. 23. [b] XV. Orig. 13.

ſub initium octavi voluminis Itinerarii Lelandi, quamque doctiſſimus SLOANUS, magnuſque HALLEIUS, aliique viri eruditiſſimi, nam ſubſellii inferioris homines nihil moror, approbarunt, quippe qui veram & authenticam eſſe pro comperto habuerunt) conſtare, Apollinem, chlamyde, & femoralibus (arctiſſimis ſcilicet, & à femoralibus ſeu braccis veteribus, ſive Britannicis ſive Hybernicis, non omnino alienis) ornatum, pro more ſeculi quo floruerit artifex, (imperante nimirum Valentiniano primo) non male repræſentari. Inde etiam liquet, pateram nonnunquam cotyliſci vel canthari forma factam fuiſſe, pro eorum ſcilicet opinione, qui hujuſmodi pateras à potando, non patendo, ſic dictas exiſtimarunt. Atque hujuſmodi pateræ (ut taceam de pateris inuſitatæ formæ in nummis quos mihi, pro infinita qua flagrat bonas litteras promovendi cupiditate, perquam humaniſſime mutuo dedit D. PHILIPPUS SYDENHAMUS de Brimpton in agro Somerſetenſi Baronettus, natalibus & virtute illuſtris) non ſemel in monumentis veteribus cernuntur, ac ſpeciatim in nummis Alexandri Theopatoris, uti etiam in nummo quodam rariſſimo primi moduli quem inter nummos Raianos (quorum [a] catalogum, hactenus deſideratum, nuper confeci) ſæpiſſime vidi. Ceterum, ut lector eruditus rectius de illo judicium faciat, ejuſdem ectypum, pariter atque deſcriptionem, ſubjicere viſum eſt.

[a] De hiſce nummis vide quid ſcripſi in Annott. ad Juſtinum, Trogi epitomatorem, p. 296.



Id eſt, ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Valeriani Senioris caput laureatum.* Hæc in parte obverſa. In averſa autem: ΕΠΙ C. Β/ . . . . . ΙC-ΤΟΜΑΧΟΥ [ſc. ΒΑΛ. ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ] ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Duæ figuræ ſtantes, prima muliebris turrita, cum veſtibus paullo ſolutioribus ac diſcinctioribus, dextra pomum, ſiniſtra puerulum. Secunda virilis, dextra pateram, canthari forma, ſupra aram, ſiniſtra haſtam. nuda, niſi quod chlamydem (vel quid ſimile, modeſtiæ cauſſa) circumjectam habeat.*

Elagabali itidem nummus rariſſimus.

§. 14. Quid quod & in iiſdem Archivis Elagabali quoque (omnium ætatis ſuæ juvenum multo formoſiſſimi [a]) nummum æneum primi moduli habeamus, in cujus parte poſtica figuræ (aliquatenus evaneſcentes) viſuntur duæ ſtantes, prima quidem muliebris (cruribus divaricatis) ſecunda virilis, quæ ſententiam noſtram mire confirmant? Muliebris quippe figura dextra pateram ſupra animal quoddam (agnum, ni fallor) tenet (ſiniſtra columnæ innixa;) virilis vero eſt turrita, dextraque pateram (forma à vulgatis fere diverſa) ſupra aram tenet. Siniſtra autem pellem cujuſdam animalis gerit, una cum ſecuri quadam, quali forſitan in ſacrificiis tunc temporis utebantur. Ceterum & hunc etiam ſubjiciam, ut lector de eo itidem rectius judicet.

[a] Vide Herodian. l. V. c. 5.

§. 15.




§. 15. In quo nummo hoc quoque notatu dignum eſt, quod littera *μ* eo modo quo & *η* fingatur, quo modo item non ſemel ſe habet in nummis Anglo-Saxonicis & Anglo-Danicis, uti patet è Diſſertatione illa Epiſtolari Amici eximii D. Andreæ Fountaine, à celeberrimo Hickesio (Litteraturæ Anglo-Saxonicæ Inſtauratore ſummo) una cum Theſauro ſuo Linguar. Septentrionalium (doctrina reconditiori referto) in lucem publicam (omnibus *φιλαρχαίοις* plaudentibus) edita. Neque hujus litteræ forma diverſa eſt in nummis quibuſd. Romanis Amici noſtri præſtantiſſimi, Richardi Rawlinsoni. De hujuſmodi item characteribus, ſubſidio codicum MSS. aliorumque vetuſtatis monumentorum, tandem aliquando agere ſtatuerat vir exquiſito judicio Thomas Smithus, S. T. P. collegiique Magd. Oxonii ſocius [a]. Id quod utinam præſtitiſſet. Sed caſus quidam ne ſcriberet impedierunt. Ad nummum noſtrum quod attinet à parte antica legendum eſt, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. A poſtica, ΕΠΙ. ϹΤΡ [ΑΤΗΓΟΥ.] ΦΡ [ΟΥΡΙΟΥ.] ϹΤΕΛΛΩΝΟϹ. ΓΕΡΜΗΝΩΝ.——ΦΡΟΥΡΙΟΣ

Ex hoc nummo Elagabali, aliiſque monumentis liquet, *μ* aliquando, quoad formam, ab *η* non aliam fuiſſe. De characteribus antiquis ſcribere inſtituerat cl. Smithus. Epigraphæ prædicti nummi Elagabali ſuppletæ & illuſtratæ.

[a] Hoc clarum eſt è Coll. ejus MSS. penes me, num. CXXXVII. 4to. p. 251.

pro ΦΟΥΡΙΟΣ alibi etiam. Inde in nummis Tranquillinæ, Gordiani Pii uxoris, ΦΡΟΥ CABEIN ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝ. Γέρμη vero eſt urbs Helleſponti. Γέρμη, inquit Stephanus, πόλις Ἑλλησποντία, πλησίον Κυζίκου, ἣν Ἡρωδιανὸς Ἀσίας φησίν. ὁ πολίτης, Γερμηνός, καὶ Γερμηνή.

Urnas quaſdam pateris fuiſſe ſimiles non temere innuit Langus. Id quod è Vitruvio probatur.

§. 16. Ex hiſce itaque noſtris obſervationibus manifeſtum eſt, Langum non temere innuere [a] quaſdam urnas, quoad formam, à pateris non alias fuiſſe. Idque colligit è Vitruvio. Fateor equidem *ſeu urnam* in vulgatis Vitruvii Codicibus non exſtare. Exſtabant tamen in Langianis. Saltem è Langi verbis ſequitur pateram nonnunquam urnæ formam retuliſſe. Verum enimvero cauſſa, quam agimus, neque poſtulat *ſeu urnam*, neque Langi hac in re opinionem. Nam ex ipſis verbis, ut in vulgatis ejus exemplaribus leguntur, liquet, Vitruvium de urna, ſeu urceolo, intelligendum eſſe. Sic etenim ille: *Namque Athon montem formavi* [eſt ſermo Dinocratis, architecti Macedonis, ad Alexandrum M.] *in ſtatuæ virilis figuram, cujus manu læva deſignavi civitatis ampliſſimæ mœnia; dextera* PATERAM, *quæ exciperet omneum fluminum, quæ ſunt in monte, aquam, ut inde in mare profunderetur.* Non aliter, inquam, accipienda ſunt iſta verba, quam ſi diſerte urnam vocaſſet, ut nempe ab aliis vaſibus, fluminum figuris aſſignatis, non diſcreparet hæc patera Dinocratis, quæ ſane in vetuſtis monumentis vel urnarum, vel urceolorum, vel denique amphorarum formas exhibent.

[a] De numm. pag. 91. Ed. 2.

§. 17. Sed

§. 17. Sed nec deſunt alia argumenta, quibus ſententia noſtra firmari poteſt. Jam antea indicavimus pateram à potando, pro quorundam ſententia, fuiſſe appellatam. Sed cur inde deducerent, niſi pateræ quædam cantharorum forma factæ fuiſſent, ut eo commodius in potando uterentur? Recte proinde Δέπας Græcorum poculum vel etiam pateram vertunt interpretes omnes. Scholiaſti vero Homeri eſt ἔκπωμα ſive ποτήριον. Hinc etiam patera apud Plautum poterium audit, *Samiolo* tamen voce adjecta, quoniam è terra Samia (ad figulina omnium auctorum teſtimoniis celebrata) iſtiuſmodi vaſa conficiebant, quæ alibi propterea vaſa Samia nuncupat. Quid Robertus Stephanus, in antiquitatibus, cum Græcis, tum Romanis, verſatiſſimus, & limatioris, quam Henricus filius, judicii? Nonne & ipſe pateram vocat poculum? Ita profecto. Procul dubio ob eandem rationem. Adeo ut potera pro patera olim non abſurde legeretur. Hoc colligimus è Lexicographis. Id quod viderat cl. Perraultius. Qui proinde Vitruvii pateram vertit *une coupe*. Interpreti vero Italo eſt *una cratera*. Et verſioni favet antiquitas. Crateræ quippe vetutiſſimæ longæ (non tamen prorſus rectæ) & paullo arctiores erant, ut cornua aliquatenus referrent, quibus priſci primum potabant, ut non tantum ex Athenæo, verum è lapide Rhamnuſiano diſcimus. Hinc κεράσαι, id eſt, temperare vinum aqua, ἀπὸ τῶν κεράτων, id eſt, à cornibus, deducunt viri eruditi. Atque hæc cornua non ſolum auro & argento ornata, ſed & argentea

Non deſunt alia argumenta quibus opinio noſtra de pateris firmari poteſt. Plauti poterium Samiolum idem quod patera ſive potera. Robertus Stephanus limatioris, quam Henricus filius, judicii. Crateræ vetuſtiſſimæ cornua aliquatenus referebant, quibus priſci primum potabant.

argentea aureaque eſſe facta, illiſque convivas ſibi ipſis mutuo propinare conſueviſſe monuit Hieronymus Mercurialis.

Patellas inter pocula recenſet Nonius Marcellus. Noſtra aliæque pateræ ſacris quoque uſibus inſerviebant. Apollini pateras non perperam aſſignari jam olim opinati ſunt Galli. Nummi veteres, amphorarum forma, ad Apollinem ſpectantes. Apollinem in conviviis ſæpius commemorabant Romani. Atque eo fortean patera etiam noſtra referenda. Huc ſpectant ſententiæ aliquot quas exhibent æneæ tabulæ. Urceolus, pariter atque noctua, ſapientiæ index. Athenæ noſtræ Oxonienſes Theodoſii tempore celebres.

§. 18. Poculum itaque quum ſit patera, non eſt cur miremur, Nonium Marcellum inter pocula etiam recenſere patellas. Et è noſtro aliiſque monumentis clarum eſt, hujuſmodi pateras ſacris quoque uſibus inſerviiſſe. Pro victoria, quam reportarant, gratias Apollini agebant Theodoſii milites, patera proinde (quæ & gutti, ſive præfericuli nomine venire poteſt) dextra manu (hoc in pavimento) inſigniendo. Nam *Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖον* fuiſſe poculum hocce, *διὰ τὴν μαντικῆς ἀλήθειαν*, obſervavit Athenæus, qui de poculis veterum doctiſſime diſſeruit. Quid quod & Apollini pateras non perperam aſſignari jam olim opinati ſint Galli? Hinc ſacerdotes ipſos Beleni, ſeu Apollinis, *pateras* appellabant, ut ex Auſonio indicavit eruditiſſimus Du-Freſnius. Veteres item nummos perplures habemus cum pateris, amphorarum forma, in partibus obverſis, tripodibuſque in averſis; quos ad Apollinem ſpectare (quamvis neque epigraphas, neque Apollinis caput præ ſe ferant) vel inde intelligimus, quod alii id genus nummi ipſius imaginem gerant; quorum aliquot nuper etiam mihi monſtravit amicus, quo tempore & alios porrexit hac inſcriptione inſignitos, ΜΑΛΙΩΝΑΣΩΝ. Apollinem quoque in conviviis ſuis ſæpiſſime commemorabant Romani veteres. Atque eo fortean patera noſtra etiam referenda. Apollo nimirum præſes Muſarum erat, atque in ipſius

ipſius honorem ad menſas bibere ſolebant. Quo tempore hunc ordinem fere ſervabant, ut Apollinis, vice ſecunda, mentionem facerent. Ita enim è ſententiis aliquot (quas exhibent æneæ tabulæ) colligimus. Et eo plane modo eaſdem tabulas jam olim explicuit Puteanus. Sed en tibi verba: TREIS. CRATERAS. HAVRIAS. PRIMAM. SITIS. CAVSSA. SECVNDAM. SIS. HILARITATIS. TERTIAM. SODES. VOLVPTATIS. PRIMAM. MVSIS. SECVNDAM. STVDIORVM. PRÆSIDI. APOLLINI. TERTIAM. SOMNO. SED. OMNES. PRO. OPTIMI. PRINCIPIS. SALVTE. LIBATO. Neque dubito quin haſce regulas religioſe ſervarint ædificii Stunsfeldiani artifices, nec gulæ indulſerint plus quam præſcripſerant duces, qui cœnas ſuas ultra horam raro protrahebant. Nec urceolum aliam ob cauſſam in partibus averſis nummorum Athenienſium poſitum fuiſſe arbitror quam ob ſapientiam, qua hæc urbs præ aliis inſignis evaſit, ut & ipſe pariter atque noctua ſapientiæ index eſſet. Quidni igitur & in pavimento noſtro patera, urceoli forma facta, ſapientiam itidem denotaret, & ad Athenas noſtras Oxonienſes, tunc etiam celebres, ſpectaret? Sunt & alii Athenienſium nummi (ſæpiſſime à me verſati) qui præter urceolum figuram muliebrem præ ſe ferunt, dextram ſupra pateram (à patera noſtra Stunsfeldiana non alienam) extendentem. Hanc autem nonnulli forte urceolum itidem nominaverint.

Pavimenti Stunsfeldiani aliæ præter noſtram exſtant icones & deſcriptiones. Quas tamen nulli laudant præter Democraticos aliquot & Fanaticos,

§. 19. Verum de his ſatis ſuperque. Priuſquam tamen manum de tabula, operæ pretium eſt notare alias præter noſtram monumenti hujus exſtare icones; quas tamen omnes (uti etiam deſcriptiones,

Academiis nimirum boniſque litteris inimicos. Non eſt mirandum hujuſmodi homines Academias odio habere, quum non deſint è viris, ad honores ſummos evectis, qui foveant. Cl. Smithi de Hiſtoriæ Reformationis eccleſiæ Anglicanæ auctore judicium.

ones, à me nondum perlectas, utpote lectu indignas,) damnant & rejiciunt Academici aliique harum rerum periti. Non deſunt etiam, ut fertur, qui auctores ſibilis potius explodendos, quam laudibus efferendos eſſe cenſeant, quippe qui de hiſce rebus ſcribunt, quas ne primoribus quidem labris attigiſſe videntur. Neque re vera quiſquam laudat, ſi excipiamus Democraticos aliquot & Fanaticos, qui ex odio neſcio quo inveterato in Academias & bonas litteras Bacchum potius quam Apollinem in hiſce inſulæ partibus olim cultum fuiſſe volunt. Sed non eſt mirandum hujuſmodi homines Academiis inimicos eſſe, acerboſque adverſarios, quum non deſint è viris ad honores ſummos evectis qui foveant, ſuiſque exemplis acuant; quorum unus & ipſe nuper libellum adverſus Academias edidit, idem ſcilicet qui & antea de Eccleſia Anglicana non adeo præclare meritus eſt ob hiſtoriam de ejuſdem Reformatione compaginatam. Quam quidem hiſtoriam (ut ingenue fatear) laudarunt multi, "ii præcipue qui" (ut Viri doctiſſimi [a] verbis utar) "jucunda rerum enarratione, & ſtyli concinnitate deliniti, omnia citra qualecunque examen, fide & induſtria auctoris nixi, facillime admiſerunt. Nec quicquam illius debitis laudibus detractum volo. Quam craſſe autem in multis non parvi momenti rebus, præfervido ingenio, & præcipiti feſtinatione, quæ menti apud ſe deliberandi, & cogitationes cæco impetu con-

[a] THOMÆ SMITHI, Collegii Magd. non ita pridem Socii, in Cod. MS. apud me num. XXXIII. pag. 43.

"ceptas,

" ceptas, & temere effuſas ad examen revocandi " facultatem ſolent adimere, ne dicam ex ſtudio " partium, ille erraverit, Vir cl. & harum rerum " peritiſſimus, Henricus Whartonus, ſatis clare " ultra omnem ſophiſticam cavillationem, ſpeci- " mine errorum ibi admiſſorum edito, oſtendit, " plures quoque, ſi per mores ſeculi licuiſſet, " oſtenſurus. Sed nolo iſtis ulceribus manum " affricare. Interea tamen, quod non malo ani- " mo, ſed ex ſolo veritatis amore & reverentia " à me dici profiteor, non poſſum, quin dam- " nem ſive Auctoris, ſive Amanuenſium in ex- " ſcribendis ſchedis Cottonianis ſive inſcitiam, " ſive ſocordiam, qui aut male intelligendo, aut " verba mutando, & integras ſententias omit- " tendo, eas à vero ſenſu perverterunt. De ce- " teris inſtrumentis, quæ Appendice utriuſque " Tomi reperiuntur, alii, quibus ea inſpiciendi " & explorandi facultas ſuppetit, judicent."

Henricus Whartonus vir omni laude digniſſimus. Reformationis Hiſtoria eo titulo indigna. Ejuſdem Auctor Buchanano ſimilis, niſi quod Buchananus doctrina modeſtiaque illum ſuperaverit. Quin immo Auctor tanto oneri plane impar. Gordoni epiſtola ad lectorem hiſtoriæ Spotſwodianæ digna omnino quæ à juvenibus aliiſque crebro legatur.

§. 23. Hæc Vir cl. Et recte. Nam quo ſæpius Specimen antedictum lego, eo magis Whartoni nomen veneror, ingeniumque, judicium, eruditionem, fidem, ac diligentiam laudo. E contra, quoties Reformationis Hiſtoriam inſpicio (ſi modo fabularum, aliqua ex parte monſtroſarum, turpiumque relatu, quarum memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere, farraginem Hiſtoriam nuncupare fas ſit) toties mihi in mentem venit Buchananus, noſtro quidem omnino ſimilis, niſi quod doctrinis Buchananus (cui ſummam copiam facultatemque dicendi natura largita eſt) inſtructior eſſet, noſtrumque mo-

deſtia ſuperaverit; in hoc etiam longe illo inferiorem, quod homo, in alia gente natus, & in rebus Anglicanis peregrinus fere atque hoſpes, adeoque tanto oneri impar, opus ſit aggreſſus, quod exſpectandum potius erat ab Anglis aliquot (omni litterarum genere excultis, & à partium ſtudio alieniſſimis, immo) probitate ſua, vitæ integritate, judicio, omnibuſque ingenii morumque dotibus clariſſimis. Qualis autem fuerit Buchananus è V. cl. Roberti Gordoni à Straloch epiſtola ad lectorem Hiſtoriæ ab archiepiſcopo Spotſwodio conſcriptæ patebit, digna ſane quæ à juvenibus aliiſque crebro legatur, ne ſcriptorum vafrorum eloquiis & conſiliis irretiti ac impulſi tandem (Fanaticorum ad inſtar, qui Carolum primum, inter optimos omnis retro ævi Principes numerandum, decollarunt) invehant in regiam potentiam, omnemque regiæ Majeſtatis reverentiam conculcantes, ſub prætextu leges conſervandi, avitumque regimen protegendi, immo aras & focos defendendi, arma contra Principem incaute capeſſant, & perduelles plane evadant. Quapropter hanc epiſtolam ad calcem Præfationis hujus ſubjungam, è Collectaneis MSS. quæ moriens mihi legavit eruditiſſimus SMITHUS.

Whartoni ne unicam quidem objectionem refellit Hiſtoricus. Vices noſtræ plane dolendæ, qui in ea tempora incidimus, quibus nonnulli è principibus cleri in politeia eccleſiaſtica mire defecerunt. Refractationum librum ab Hiſtorico exſpectant viri probi. Monachi voluptatibus non immerſi vitiiſve perditi.

§. 21. Haud me latet Hiſtoricum noſtrum de Whartono non ſemel conqueſtum fuiſſe, immo vero unum & alterum librum contra illum ſcripſiſſe, ira nimirum exæſtuantem quod errores ſuos & inſidias magna ex parte detexerit. Quin & Whartono ab Hiſtorico vitio vertitur, quod ſe ab illo injuſte

juſte accuſatum eſſe aſſeveret. Cujus tamen ne unicam objectionem refellit, ſed ad ineptias abit (ut loquendi formula quam ipſe amat [a] utar) hujuſmodi tantummodo argumentis contentus, quæ frigida atque vana vocabant veteres. Metuo tamen ne nimis acerbe & arroganter hæc videar dixiſſe. Auctor videlicet ſacra infula redimitus ſummam à nobis reverentiam vendicat. Neque hoc diffiteor. Egomet etiam ipſe vel infimos homines ſacris ordinibus initiatos colendos eſſe cenſeo. Atqui non ideo diſſimulandum, vices noſtras eſſe plane dolendas, qui in ea demum tempora incidimus, quibus non deſiderantur è principibus cleri, qui adeo in politeia eccleſiaſtica defecerint, ut ſacras Scripturas, & eccleſiæ Anglicanæ Articulos atque Homilias opera dedita male interpretentur, quique eo nomine in varias reprehenſiones incurrant, immo omnium bonorum ſermonibus vapulare debeant. Hæc omnia igitur extorſit veritatis amor, utinamque Auctor noſter quæcunque juris publici fecit recti judicii lance perpendat, errores expungat, librumque Retractationum ipſe confeſtim edat; criminaque nefanda, quæ monachis (eo quod pauci è tanta multitudine luxuria & laſcivia diffluerent) intulit, pro virili eluat. Tametſi ne illud quidem probat planumque facit paucos etiam fuiſſe voluptatibus immerſos vitiiſve perditos. Atqui id erat certe accuſatoris officium, qui tanti ſceleris

[a] Vide cum alibi, tum præcipue ad pag. 13, & 15. libelli cujuſdam Auctoris noſtri, cui tit. *A letter writ by the Lord Biſhop of Salisbury, to the Lord Biſhop of Cov. and Litchfield, concerning a Book lately publiſhed, called,* A Specimen of ſome Errors and Defects in the Hiſtory of the Reformation of the Church of England, by Anthony Harmer. Lond. 1693. 4to.

argueret, non tantum explicare vitia, verum teſtimonia ſatis ampla adferre, quæ omnem dubitandi locum demoverent. Hæc igitur quum deſint, vel ſaltem non ſint manifeſta, profecto res tom ſceleſtæ, tam atroces, tam nefariæ, quas de monachis narravit, credi nec poſſunt, nec debent. Verum de his alii. Ad rem noſtram vehementer pertinet, quod è ſchedis tuis intelligamus abbates pariter atque monachos de Bello & de Abington, quo tempore cœnobia ſubvertebantur, integros vitæ, ſceleriſque puros, fuiſſe, alioquin, Hiſtorico noſtro fatente, favore regio plane indignos.

Eccleſia D. Petri in Oriente Oxonii à S. Grymbaldo condita. Teſtudo ibidem in qua oſſa ſua collocari deſtinerat. Areæ hujus teſtudinis ichnographia, ut & ejuſdem proſpectus interior. Proſpectus item ipſius Eccleſiæ à parte Euro-Auſtrali. Baptiſterii antiqui, quod olim in Eccleſia collocabatur, icon.

§. 22. In litteris item ad te ſcriptis fidem obſtrinxi me tecum communicaturum eſſe figuram teſtudinis, ſubter cancellum *eccleſiæ Divi Petri in Oriente* Oxonii factæ, in qua tumbam, oſſa ſua continentem (modo Wintoniam, ob diſcordiam, inter veteres Scholaſticos & illos quos ſecum adduxerat exortam, non profectus fuiſſet) collocari deſignaverat S. Grymbaldus. Hanc eccleſiam ipſe condiderat è ſaxo ſumma cura perpolito. Ita Aſſerius Menevenſis. Nec eſt quod Aſſerii locum (tanquam minus genuinum) ſuſpectum habeant Cantabrigienſes. Legitur enim in exemplari optimo quo uſus eſt Camdenus. Eccleſiæ ſane antiquæ partem exiguam duntaxat nunc cerni fateor, utpote quæ (uti alibi oſtendi) Henrico Vto. regnante reſtaurata fuerit. Partem tamen orientalem ab ipſius Grymbaldi artificibus eſſe quovis pignore contenderim. Verum utcunque hoc ſe habeat, illud nemo (modo ſit æquus judex)

dex) inficias ibit, teſtudinem, nunc extantem, eandem plane eſſe quam fieri curavit Grymbaldus. Areæ igitur hujus teſtudinis proſpectum interiorem ac ichnographiam ad te tranſmiſi, una cum Eccleſiæ ipſius à parte Euro-Auſtrali proſpectu, & baptiſterii cujuſdam perantiqui, & (pro ratione ſeculi quo fabrefactum erat) elegantis, XII. Apoſtolos exhibentis icone; quod poſtquam per ſpatium quingentorum plus minus annorum (nam eo circiter tempore quo & Wintonienſe Baptiſterium, de quo acturus eſt V. cl. SAMUEL GALEUS, cujus impenſis noſtrum jam prodit, elaboratum fuiſſe exiſtimo) in eccleſia permanſerat paucis abhinc annis ædilis quidam ſacrilegus amoveri juſſit, alio (longe viliori) ſubſtituto, & ſupra puteum (ad pauperes aliquot pertinentem) ab Eccleſiæ parte ſeptentrionali (ubi ſæpius vidi) collocari.

De Appendice virorum doctorum hortatu à nobis ſubjuncta. Cl. Huttoni epitaphium.

§. 23. Collectaneis ad umbilicum ab operis typographicis perductis, de Appendice cogitavi; quam etiam ut ſubjungerem monuerunt Amici quibuſcum commercium inſtitui litterarium. Complectitur autem Appendix iſta non tantum Opuſcula quædam, ab ipſo Lelando ſcripta, omniaque item, Codro dempto, jam olim edita, ſed & alia, quæ Antiquitates noſtras mire illuſtrant, monumenta, quorum indiculum ſubnexam. Primo itaque mox poſt Lelandum occurrit Σκελετὸς Cantabrigienſis, Richardo Parkero, antiquario peritiſſimo, & è Camdeni familiaribus auctore. Perplures annos in bibliothecæ cujuſdam forulis delituerat; ſed nunc tandem beneficio viri prænobilis, de religione & de re an-

tiquaria

tiquaria præclare meriti, D. PHILIPPI SYDENHAMI Baronetti in lucem prodit. Alia non pauca, ni fallor, ſcripſit Parkerus, ſacris Muſarum ſtudiis ſe penitus dicans, honoreſque non minori diligentia quam alii ambiunt miſſos faciens. Verum iſta, quæcunque demum fuerint, vel adhuc in angulis neſcio quibus latent obſcuris, vel, id quod valde metuo, omnino perierunt. Σκελετὸν Cantabrigienſem excipit Viri Sanctiſſimi Guilielmi Chappel, Corcagienſis & Roſſenſis in Hibernia antiſtitis, vita, à ſe ipſo conſcripta. Cujus quidem præſulis virtutes non eſt quod ipſe laudem ac enarrem, quum ex opuſculo iſto, quod è penu ſuo litterario mihi porrexit idem vir eximius D. PHILIPPUS SYDENHAMUS, longe clarius emicent quam ut noſtro penicillo egeant. SYDENHAMUS vero ipſe acceperat à viro reverendo GEORGIO MOMPESSON de Southwell in agro Nottinghamienſi Præbendario, & eccleſiæ de Mansfeild in eodem comitatu vicario digniſſimo. Utinam alii, SYDENHAMUM imitati, id genus κειμήλια pretioſa è ſuis muſéis proferant, & in diam lucem prodire permittant. Sed talis eſt multorum hujus ſeculi hominum μικροψυχία, ut ſacras hujuſmodi reliquias pro virili ſupprimant. Mox habes Savoti de nummis raris & communibus judicium, jucundum pariter atque utile, una cum epiſtolis aliquot cl. Langbainii, excerptiſque pauculis è Codice MS. Bodlejano. Et hæc quoque ad antiquitates noſtras apprime faciunt. Hucuſque de prima parte Appendicis. Pars ſecunda à conviviis magnificis Nevilli & Warhami incipit. Hauſeram è Rotula Bodlejana. Neque hæc, aliaque,

aliaque, quæ ex eadem Rotula exſcripſi, Antiquariis noſtris, ut ſpero, diſplicebunt. Illi quippe experti norunt Hiſtoricos noſtros abſque hujuſmodi ſubſidiis vix intelligi poſſe. Hinc non poſſum quin laudem Chronicon Pretioſum à doctiſſimo Fleetwodio, nuper Aſaphenſi, nunc vero Elyenſi Epiſcopo, ante paucos annos contextum. Iſtis perlectis, illico tibi præſto erit fragmentum de eccleſia Beverlacenſi quod in Excerptis è Lelandi Collectaneis, à viro erudi-tiſſimo ROGERO GALEO, Thomæ ȣ μακαρίτȣ filio, perquam benigne ad me tranſmiſſis forte fortuna inveni. De me itidem & de re litteraria optime meritus eſt cl. CHARLETTUS ob epiſtolam doctiſſimi Bathurſti in laudem primi voluminis Monaſtici Anglicani è Muſéo ſuo inſtructiſſimo mihi, prelo adhuc fervente, prompte porrectam. Elegantiſſima hæc epiſtola recte nos deducit ad Abbatum, qui mitra inſigniti locum ſuffragiaque habebant inter magnates in ſuperiori regni comitiorum conſeſſu, Catalogum, à te ipſo, vir cl. litteris conſignatum hortatu viri cujuſdam illuſtris, bonarumque litterarum Mæcenatis indefeſſi, qui mihi non deſinit, admirabili quodam affectu, inſignes animi tui dotes prædicare; ut ipſe quoque ſuccenſus admiratione laudum tuarum, cogar primum tibi, deinde toti Britanniæ noſtræ regno, virtutes tuas eximias gratulari. Diligentiam tuam probo & laudo; laudabunt etiam & alii quotquot antiquitates noſtras colunt, idque eo lubentius & alacrius quod non pauca è cl. Viri MATTHÆI HUTTONI, collegii Ænei Naſi hac in Academia quondam Socii, ſchedis excerpſeris:

HUT-

HUTTONI, inquam, quem omnes probi demirati ſunt & ſuſpexerunt ob raram eruditionem, inſignem in re antiquaria peritiam, ſummamque verecundiam ac humilitatem. Vanos & inſtabiles eſſe honores quos mortales exhibere ſolent optime videbat vir ſagax & eximius, ideo non ambiebat. Has res caducas & falſas, quæ cito evaneſcunt, & naſcuntur partim ab aſſentandi ſtudio, partim à metu, partim à commodi ſpe ſapienter aſpernatus eſt aliiſque relinquebat, eoſque demum veros honores eſſe judicabat, qui à virtutis decore proficiſcuntur. Sed ne plura ſcribam facit epitaphium, quod ſuaſu tuo inſerendum duxi, è marmore ſcilicet albo ipſius memoriæ conſecrato, & in pariete ſeptentrionali eccleſiæ de Aynhoe in agro Northamtonienſi poſito:

MATTHÆUS HVTTON S. T. P.
*Hujus eccleſiæ Rector Integerrimus,*
RICHARDO HVTTON *de Popleton*
*In Comitatu Eboracenſi Armigero,*
*Et* DOROTHEA *uxore ejus,*
*Dom:* FERDINANDI FAIRFAX *Baronis filia, natus:*
*Antiquitatum Britannicarum apprime ſciens,*
*In eccleſiaſticis præſertim monumentis*
*Pervolvendis deſcribendiſque indefeſſus,*
*Vita ſeverus,*
*Moribus comis,*
*Animo ſimplex,*
*Primævæ & Fidei tenax & Pietatis æmulus,*
ELIZABETHAM,
ROGERI BVRGOYNE *Baronetti filiam,*
*Sibi matrimonio conjunctam habuit,*
*Et mutuo affectu conjunctiſſimam.*

*Quam,*

*Quam,*
*Duobus ex ea ſuſceptis filiis,*
ROGERO & THOMA,
*Mœrentem reliquit,*
*Repentina morte extinctus*
*Die Junii* 27. *Ann. Domini* 1711. *ætatis ſuæ* 72.


Catalogum hunc tuum ſequuntur Lelandi Bononia Gallo-maſtix, paullo ſerius ad manus adlata, de qua Monitum ad Lectorem præmiſi, notulæque de Viis Romanorum militaribus, quas ad me tranſmiſit Auctor doctiſſimus clariſſimuſque Diſſertationis de Viis hiſce in ſexto volumine Itinerarii Lelandi excuſæ. Subjunxi denique Notas Indicemque ad totum opus, in quibus contexendis id operam dedi, ut ea duntaxat ſeligerem, quæ maximi momenti mihi eſſe viderentur. Alia lectoris judicio relinquo. Chartas illas vero quod attinet, ad primi hujus voluminis initium collocatas, in quibus de Lelandi Promotionibus & phreneſi (in quam incidiſſe maxime dolendum eſt) ſcias velim me eas accepiſſe à viro, modeſtia & doctrina claro, & in re antiquaria genealogicaque verſatiſſimo, JOANNE ANSTISIO Armigero. Quibus item adjungere placuit Woodii vitam Lelandi, ut & epiſtolam ad me ſcriptam ab Amico chariſſimo, & Hiſtoriarum noſtrarum, præcipue quæ ad rem typographicam ſpectant, periſſimo JOANNE BAGFORDIO, Londinenſi.

§. 24. Quinetiam in animo habueram Inſcriptionum veterum Syllogen ſubnectere, è ſchedis Camdeni aliiſque chartis hauſtam. Sed re accuratius & diſtinctius per-

Sylloge inſcriptionum veterum una cum Camdeno edenda. Binæ inſcriptiones hic loci divulgatæ, à viris eruditiſſimis nobiſcum communicatæ.

perpenſa, commodius viſum eſt aliquantulum apud me premere, ut ſcilicet una cum Camdeni Britanniæ editione Latina, quam meditor, in lucem prodeat. Cui Editioni (ſi modo ut abſolvam DEUS OPT. MAX. dederit) accedent emendationes & additiones quas ipſe Camdenus Codici ſuo paſſim adſperſit, mihi non ita pridem donato à cl. SMITHO. Ceterum quum Inſcriptionum mentionem fecerim non abs re erit binas hîc loci ſubjicere, quarum primam mecum perquam humaniter communicavit cl. ANSTISIUS. Cujuſnam ſit ætatis non eſt in proclivi dicere. Nullus tamen dubito quin pars ejuſdem poſterior ſit priore paullo recentior. Id quod è litterarum forma patere videtur. Sed non tantum litteras, verum etiam inſcriptionis hiſtoriolam è ſchedula itidem Anſtiſiana tibi exhibendam duxi.


In the bottom of the Offertory Baſin made of copper belonging to the Chappel of St. John Baptiſt at Soulſton in a circle is this five times ſucceſſively imboſt:



MB. ſ.

In

In a leſs circle within the former is this five times imboſt:




Soulſton was an ancient Hermitage in the Pariſh of Stanford Com. Wigorn: ill hew'd out of a Rock, over which was the Chappel whereto this baſin belong'd as tradition gives us. Vid. Dugdale's Monaſt. p. 148. 30. Vol. I.

Fatendum eſt, difficiliorem eſſe explicationem, quam ut primo intuitu colligatur. Antiquariorum quotquot viderunt aliæ atque aliæ ſunt ſententiæ. Quod autem ad me attinet, non aliud valere exiſtimo quam, *Gilbertus Seal, rekor* [pro *rector*] *de N. A. y. vero fecit.* Nimirum ut tam artificis quam donantis nomen deſignetur. Sed neque id tacendum eſt, in ſchedula Anſtiſiana duabus ſolummodo lineis conſtare inſcriptionem, nempe ut prima pars unam, ſecunda alteram lineam conficiat; quas tamen nos, ita poſtulante pagina, in quatuor lineas disjunximus, religioſe interim retenta cum magnitudine

 tum

tum & forma litterarum. Aliam, quam innui, inſcriptionem mihi in manus tradidit inſignis medicus RICHARDUS RICHARDSONUS de North-Brierly in agro Eboracenſi, doctrina pariter atque moribus probis clarus; qui & ipſe acceperat ab Amico ſuo digniſſimo excultiſſimoque Dno. GEORGIO TEMPEST, Baronetto. Exſtat in eccleſia de Campſall, prope Pontem-fractum. Quamvis autem non ſit adeo antiqua, non dubito tamen quin & hæc grata erit, tam ob ſcribendi quam interpungendi rationem, raram etiam, ſicut in Anſtiſiana, atque inſolitam.



id eſt,

*Let fal downe thy ne, and lift up thy hart,*
*Behold thy maker on yond cros al to torn.*

*Re-*

*Remember his wondis that for the did ſmart,*
*Gotyn without ſyn, and on a virgin born.*
*Al his hed percid with a crown of thorns,*
*Alas! man thy hart oght to breſt in too.*
*Bewar of the dwyl when he blawis his horn,*
*And pray thy gode aungel convey the.*

§. 25. Dum his de rebus diſſerui, Amicus, toties à me laudatus, eruditus RICHARDUS RAWLINSONUS, ſecum Oxonium advexit celtim antiquum Romanum, mihique obtulit nomine viri egregie docti & ſumme colendi JOANNIS HARWOODII, L. Doctoris. Hoc monumentum nactus cum celte Thoreſbeiano, de quo ad calcem Voluminis primi Itin. Lelandi, illico contuli, & ab eo diverſum eſſe perſenſi. Nullum ſcilicet habet foramen, uti nec aurem qua ſive filum, ſive metallum netum, de quo loquitur cl. RICHARDSONUS, annecteretur. Utrinque tamen eſt concavitas quædam, quæ manubrium, hunc in finem, uti conjicio, ad extremitatem fiſſum, admitteret, ut mallei vi ſeu lapidem ſeu lignum facilius expeditiuſque ſcinderet. Itaque non eſt cur è ſecuribus hujuſmodi inſtrumenta fuiſſe cum viro doctiſſimo ſuſpicemur. Sed qualiſnam demum celtis ſit Harwoodianus ut intelligatur operæ pretium eſt in medium proferre, lectoremque monere me nulla alia de cauſſa à RICHARDSONO diſſentire, niſi quod veritatem aliis quibuſcunque amicitiis anteferendam eſſe cenſeam.

Celtis Romanus è Muſæo Harwoodiano.

§. 26. Unum



Franciſci Cherrii mors & encomium.

§. 26. Unum reſtat quod moneam, gratias ſcilicet immortales tibi aliiſque præclaris hominibus, qui conatibus hiſce noſtris favent, habendas eſſe. Nomina ex Catalogo ſub finem ediſces.

ediſces. Quod tamen non ſine lachrymis ſcribo. Hæc etenim dum recolo, ante oculos obverſatur FRANCISCI CHERRII de Shotteſbrooke in agro Bercherienſi armigeri (THOMÆ CHERRII, juvenis [a] illius ſpectabilis, quem corporis proceritas, formæque dignitas, pariter atque animi dotes, commendabant, patruelis) obitus. Quo quidem viro unum & alterum forſan doctiorem, neminem integriorem, modeſtiorem, humiliorem cognovi. Sed ideo mihi quam maxime interitus ejus dolendus eſt, quod vitæ meæ teſtem, rectorem, magiſtrum, immo amicorum longe optimum (utpote cujus cura & impenſis à puero educatus fuerim, litteriſque bonis inſtitutus) amiſerim. E vivis exceſſit vir præſtantiſſimus Sept. 23. A. D. MDCCXIII. ætatis XLVIII. & ſicuti ipſe ordinaverat (id quod è litteris ad conjugem dilectiſſimam patet) ſine ulla pompa funeris (ſi funus id habendum ſit, quo non amici, ut exoptabant, ad exſequias cohoneſtandas conveniebant) in parte aquilonari cœmiterii eccleſiæ de Shotteſbrooke tumulatús eſt, hoc tantum epitaphio (à ſeipſo confecto) ſaxo marmoreo (quod corpus tegit) adſcripto, HIC. JACET. PECCATORUM. MAXIMUS. modeſtiæ quidem atque humilitati illius congruentiore, quam doctrinæ, ſermonis elegantiæ, liberalitati, & munificentiæ erga egenos, (quamdiu ſcilicet res proſperæ paterentur) benignitati, morum comitati, conſtantiæ, animi magnitudini, fidelitati erga Principem patriamque, ceteriſque virtutibus, mauſoléo, quamtumvis ſplendido &

[a] Vide Epiſtolam noſtram de Antiquitatib. quibuſd. inter Windleſoram & Oxoniam, ad calcem quinti Vol. Itinerarii Lelandi, §. 19.

magni-

magnifico, non omnino indignis. Alia præterea de viro magno, ſtudiiſque litterariis, quæ cum DODWELLO ſuo annos aliquammultos indefeſſe coluit, dici poſſent. Poſſem & Chronologiam accuratiſſimam, quam contexuit, Herodoteam, reliquaque opera recenſere, imperfecta quidem, ſed in quibus altiſſima eruditio judiciumque peracre elucent. Atqui hæc longiori oratione perſequi, vel de iiſdem fuſius diſſerere nec vacat, nec eſt præſentis inſtituti. Hoc tamen addo: Virum hunc eximium ſingulariter & miratus ſum, & obſervavi, qui nihil unquam ad oſtentationem fecit, ſed omnia ad conſcientiam retulit, recteque facti, non ex populi ſermone, mercedem, ſed ex facto petiit. Hinc ad initium librorum ſuorum fere omnium ſcripſit, *Non civium ardor prava jubentium.* — *Conſcientia mille teſtes.* Cum Attico ſcilicet eſſe, quam videri, bonus malebat, intuebaturque potius quid ſe facere par eſſet, quam quid alii laudaturi forent. Miratus fuiſſes & tu (ſicut & ego miratus ſum) ſi interfuiſſes, qua patientia longam & pertinacem valetudinem tolerarit, fortunæque adverſæ ictibus reſtiterit. Quin & tantum abfuit ut quenquam conviciis dicteriiſve inceſſeret, ut etiam de viris aliquot ingratis (à quibus optime fuerat meritus, quibuſque ſolenne eſt, ut multi ſunt experti, ab afflicta amicitia transfugere, & ad aliam florentem devolare) ſi, ipſo audiente, mentio fieret, vel omnino mutus eſſet, vel de illis ſubinde honorifice loqueretur. Vides, vir cl. qualis quantuſque amicus occiderit, & quam juſtis de cauſſis CHERRII mortem, (qui mihi parentis affectum ſemper exhibuit)

tanquam

tanquam immaturam in ſinu tuo defleam. Ne tamen præter modum lugeam faciunt Philoſophiæ cum Chriſtianæ tum Ethnicæ dogmata, quæ nos adverſus omnes vel temporum, vel fortunæ, vel naturæ inſidias muniunt. *Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum.*

§. 27. Habui hæc de opere noſtro quæ dicerem. Neque neceſſe eſt ut de libro illo Lelandi, nuper in publicum emiſſo, collectanea de Scriptoribus Britannicis complectente, quidpiam notem, niſi quod eum jam olim cum additionibus eruditis & luculentis evulgarit cl. Baleus, novamque editionem una cum Boſtono Burienſi, aliiſque, ſcitu & memoratu dignis, ad ſcriptores noſtros pertinentibus, à doctiſſimo TANNERO, Cancellario Norvicenſi & Præbendario Elyenſi, exſpectemus. "Sed bona verba quæſumus" ajunt quidam è noſtratibus. "Baleus homo erat tenui auctoritate, cuique proinde vix ulla fides adhibenda." Magis autem invidioſe quam juſte hæc objiciunt noſtrates. Baleum etenim ob nihil aliud culpandum eſſe puto quam ob ſermonis acerbitatem & acrimoniam nimiam erga Pontificios; quorum nomina clara adniſus eſt fœda labe conſpergere, in pontifices etiam ipſos Romanos contumelioſiſſima quæque ſubinde ſcriptis ſuis inferciens. Alias omni laude cumulatus erat hiſtoricus, & optime meritus eſt ab antiquariis, patriæ ſuæ præſertim amantiſſimis. Nam quæ Lelandus omiſerat ipſe ex aliis ſupplevit, idque magnam partem è membranis; quas nimirum, Lelandi exemplo,

Lelandi Collectanea de Scriptoribus à Baleo cum additionibus edita. Novam editionem una cum Boſtono Burienſi à cl. Tannero exſpectamus. Pontificios fœda labe conſperſit Baleus, alioquin omni laude cumulatus hiſtoricus.

 aſſidue

aſſidue perquiſivit ac pervolvit. Quinimmo aliquando in compendium redegit quæ ſcriptores vetuſtiores fuſius dilataverant, & contra quæ illi paullo compendioſius perſtrinxerant nonnunquam dilatavit. Magna ubique eſt rationis perſpicuitas, par fides, indefeſſa diligentia; temporum, quoad licuit, ordinem ſervavit, & non tantum noſtræ, verum & aliarum quoque gentium multa in Centuriis ſui comprehendit alibi fruſtra quærenda. Cura ut valeas, Amice erudite. Id vigiliis intempeſtivis abſtinendo facillime conſequêre. Adeo ut quoniam potes temporibus ſupereſſe, obnixe orem atque obſecrem, ut te tibi tuiſque reſerves. Mei autem laboris, induſtriæ, diligentiæque maximum capiam fructum, ſi conatus hoſce noſtros tibi, aliiſque antiquitatum cultoribus, placere intellexero. Etiam atque etiam vale. Scribebam Oxonii in Aula Edmundi die 17. Februarii A. D. $17\frac{14}{15}$.

*E Col-*

# *E Collectaneis MSS. doctiſſimi* SMITHI *penes Editorem, n.* 13. *p.* 85.

Robertus Gordonius à Straloch, vir clariſſimus, antiquo & præclaro ſtemmate natus, ſumma ſapientia, omnique doctrinæ genere non mediocriter tinctus, pietate, fama, morumque integritate præſtans;

## Ad Lectorem Hiſtoriæ ab Archiepiſcopo Spotſwodæo conſcriptæ.

Qui ſuæ gentis hiſtoriam neſcit, domi peregrinatur: ſed ut incorruptam eam habeat, laborandum illi eſt. In antiquiſſimis narrationibus & regnorum initiis multa plerumque fabuloſa: minus tamen illic periculi eſt, niſi poſteritas ea in exemplum trahat, & inde illicita ſtabilire conetur.

Antiqua noſtra hiſtoria hoc morbo laborat; ſed non illa ſola. Sicut enim primi noſtri ſcriptores (quorum nihil præter nomen exſtat) ſuperſtruxere originem noſtram fabuloſo Gathelo & Scotæ, quos ex Ægypto educere auſi ſunt; ita veteribus Britannis non defuit Brutus: non defuit Francion Francis Trojano ſanguine editus; ut innumera hujus generis taceam. Datur hîc Antiquitati venia in tanta literatorum egeſtate, & priſcorum ſeculorum barbarie. At recentiorem Hiſtoriam corrumpi odio, aut aſſentatione Scriptorum non ferendum.

Ubi tamen Regna aut Reſpublicæ inſignem mutationem patiuntur, aut civilibus motibus concutiuntur, hoc ſæpe accidere videmus. Ad victricis partis ſtabiliendam potentiam, aut abolendam infamiam, multi ſcriptores aciem ingenii intendunt. Ita adempto omni ſolatio victis, eorum etiam fama apud poſteros proſtituitur; niſi quis veritatis amans (quod tamen rarum!) eos famæ reſtituat. Hoc ipſum in rebus noſtris ſuperiore ſeculo geſtis experti nos quoque ſumus.

Georgius Buchananus, vir in omni humaniore litteratura probe exercitatus, poëtarum ſui ſeculi multorumque præcedentium, omnium conſenſu, princeps: ille tamen ea aggreſſus eſt, quæ famæ ejus intererat non attigiſſe, & intra Poëſeos limites ſe continuiſſe. Tribus primis Hiſtoriæ ſuæ libris convitiatorem agit, non hiſtoricum: & præter jejunam regni noſtri deſcriptionem (quam tamen deſultoria levitate prætervehitur) doctis viris nihil præſtare videtur, in re antiquaria non ſatis inſtructus. Sed non hæc impune tulit, à Camdeno,

 omnium

omnium Britanniæ Antiquariorum longe primo, male habitus. Procedente Hiſtoria (ut innumera ſphalmata taceam) contra Kenethum regem intonat horrendùm, qui legem de Succeſſione regia, quam Tainiſtriam (barbaro & nunc nobis incognito vocabulo) vocant, abrogavit; expertus in majoribus ſuis quam multas turbas ea lex (ſive conſuetudo fuit) dederat, quantumque cruoris inde hauſtum: primus ſtatuit, ut Regia proles citra controverſiam regnum ſuſciperet; infirmæ ætatis à delectis Gubernatoribus regeretur, præcluſo proximis ſanguine jam adultis (quod ante invaluerat) ad ſceptra aditu, niſi forte compertæ virtutis & fidei in turbam cum aliis ad hanc curam delectis venirent. Etiam contra γυναικοκρατείαν ſtomachatur, quum ejus ætate ea incidiſſet. At quibus rationibus qui hiſtoriæ ejus aſſueverunt viderint.

Ubi ad ſua tempora ventum, Deus bone! jam confuſa rerum facie, & turbis fluctuante regno, quam aperte in partes tranſit? Jam non hiſtoricus, ſed cauſidicus, detorta rerum veritate, parum apud eum ſani aut ſinceri; & hæc omnia ut * unum hominem Mæcenatem ſuum ſtabiliret! quem tamen antequam vita exiret, cruenta morte ſublatum vidit.

Sed non ideo refrixit in eo partium ſtudium, ut teſtatur egregius ille Dialogus, aut Cento de Jure regni, quem extrema ætate procudit; ubi illa tractat, quæ perfectum Theologum & peritiſſimum Jure-conſultum poſtulant: homo ad hæc impar è ſcholis & ludimagiſtrorum ferulis in hæc ardua rerum evectus. Vapulat tamen à duobus popularibus ſuis, viris eruditiſſimis, Blackwodæo & Barclaio, quorum libri ea de re extant. Jure ſane cum eo ita actum eſſe fatentur omnes, qui ſine affectu illa legunt. Qui eum Centonem de Jure regni, & Hiſtoriam ejus exacte conſideraverit, inveniet Tractatum de Jure regni Theſin propoſitam; Hiſtoriam autem ſic detortam, ut Theſi firmamentum habeatur. Denique Jacobi regis jam adoleſcentis, ordinumque regni de hiſce libris judicium teſtantur Acta publica Archivis inſcripta, in quibus hi libri lata lege prohibiti ſunt. Si hæc retractaverit idem rex jam maturus ævi, teſtatur tractatus ab eo ſcriptus quem βασιλικὸν δῶρον inſcripſit. Non hæc refero, ut clariſſimi viri manibus inſultem (quis enim aut quantulus ego!) hoc enim piaculare: ſed veritati obniti, aut eam celare in rebus tantis impium.

Certo certius eſt ab exceſſu Jacobi quinti, h. e. ab anno milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſecundo, parum ſinceri in ulla rerum noſtrarum hiſtoria hactenus edita reperiri. Ego jam grandis natu, morti proximus, omni affectu vacuus hoc ſancte affirmaverim; quum multa ad quæ ætas mea non per-

* Moraviæ comitem.

venit

venit fando hauſerim ex pluribus incorruptæ fidei viris, qui rebus geſtis interfuere, aut pars magna ipſi fuerunt.

Bene ſe habet, & mihi ipſi gratulor, quod ante, quam vita abeam, videam has lucubrationes poſthumas in lucem prolatas, de quibus edendis hoc perditiſſimo ſeculo omnes deſperaverant. Fœtus hic eſt acris, vividi & ſublimis ingenii, ubi candor & veritatis ſtudium relucet. Narratio ſimplex, nuda, procul omni affectu. Qui hæc leget, & cum Knoxo dehoneſtamento Hiſtoricorum contulerit (nam ille ſe & ſua tempora hoc ſcripti genere deturpavit) non parum diſcriminis inveniet. Autor tamen hic quum tantæ maculæ in Knoxo (viro alioquin magno, & celebris in eccleſia nominis) eum puderet, negat illum autorem hujus Operis. At non ſenſit ita nobilis & eruditus regni cancellarius Johannes Metellanus eorum temporum æqualis, qui illa omnia apprime norat, quique acri & mordaci epigrammate (quod adhuc extat) in illum & hiſtoriam illam luſit. David etiam Buchananus nuper illam recudit, mutilam ſupplevit, aperte profeſſus autorem; jure ſane, quum antea ea de re nemo unquam controverſiam feciſſet.

At felix noſter * ille præſul, non ex ſcholaſticorum ſubſelliis, ſed in luce rerum & culmine negotiorum tantis rebus dicendis par: non tamen ad hæc ſe accinxit, niſi conſulto Jacobo rege, qui ad hæc eum impulerat; præfatus ſe non poſſe bona fide hanc hiſtoriam condere, niſi cum multorum offenſa, qua ipſi, aut ipſorum majores laboraturi ſunt. Juſſit rex, audacter pergeret, ubique veritati litaret; quod ab illo non ſegniter præſtitum: modeſtia tamen & manſuetudo animi toto hoc opere lucet. Rara hoc degenere ſeculo, & corruptiſſimis moribus παῤῥησία, qua tamen innocenter utitur, nec uſquam quoad ſciam à legitimæ hiſtoriæ legibus deflectit orationem; nec odio, nec amori indulgens. Qui hæc legent invenient Hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ τὰ λείψανα qualia per tempus edax, bella externa, civiles tumultus, omnia atrociſſima, & rei litterariæ infeſtiſſima, à cunabulis Chriſtianiſmi noſtri ſuperſunt, per eam longam temporum ſeriem, quæ mutatam & repurgatam religionem præceſſere.

Poſtea mutata rerum facie, Politica & Eccleſiaſtica ſic ſe miſcuere, ut ſine utriuſque exacta cognitione neutra ſciri poſſit. Unde naſcitur his plena hiſtoria, hoc nomine nobis gratior, quia hîc laborâſſet hiſtoriæ noſtræ fides. Hîc manet manebitque multarum rerum memoria, ab omnibus bonis multum hactenus deſiderata, quam illi, qui in hanc turbarum ſcenam ſucceſſere, ſepultam volent. Adeo poſtrema, quæ vidimus, ſic primis Jacobi regis temporibus conſentiunt, ut

* Jo. Spotſwodæus archiep. Andreap.

mutatis

mutatis perſonis una tragœdia acta videri poſſit. Faxit Deus ut poſteris halcyonea ſint. Nam nihil nobis præter vota reliquum.

At Caroli rebus dicendis ſpes eſt in tanta rerum luce, & geſtorum cognitione, non defutura præclara ingenia, quibus ea poſteritatis cura erit, ut, quæ diverſis & diſperſis chartis per hominum manus volitant, ad juſtas hiſtoriæ leges revocentur.

Unum poſtremo deſideraverim, ut aliquis labori par, his omnibus jus Latii impertiatur. Sic enim toti Europæ, cui tamdiu falſis rerum noſtrarum narrationibus illuſum eſt, manifeſta hiſtoriæ veritas patebit; & bonam vel malam famam habebunt, qui hactenus Scriptorum odiis aut aſſentationibus indigne habiti ſunt. Vale.

4. Cal. April. 1655.

---

## E Litteris Patentibus de Promotionibus & Phreneſi Joannis Lelandi Antiquarii.

12°. *Julii.*

*De conceſſione Johanni Laylond Clerico.*

Pat.28.H.8. ps.1.m.29. HEnry the Eight &c. To all and ſinguler our Officers, Mynyſtres and Subjectis, as well of our Towne and Marchis of Calice, as elſwere, that now be or hereafter ſhal be, and to every of theym to whome theis our Letters ſhall come or be ſhewed gretyng.

We late yow wete, that of our grace eſpeciall, certeyne ſcience, and mere motion we have geven and graunted, and by theis preſentes doe geve and graunt unto our truſtie and welbeloved Clerke and Chapelayn Mr. John Lailonde, perſon of the perſonage of Poppeling in our ſeid Marchis of Callais, licence that he may and ſhall make hys reſidence, demore and contynuall abode at his libertie within this our Realme of Englonde * as elſwhere as he ſhall thynke beſt, and to be abſente and non reſidente uppon his ſeid perſonage ne within our ſeid Towne and Marches at any tyme or tymes at hys pleaſure. And that he ſhall not be compelled to reſorte, reſide, preache, inſtructe Engliſhe langage, or other thyng to doe in or uppon the ſeid perſonage, or in our ſeid Towne or Merches of Callais in hys owne perſone by reaſon he is perſone of the ſeid perſonage of Poppeling at any tyme nowe or hereafter; but that he be diſcharged of all and ſinguler the ſeid reſidence and other the Premiſes without daunger, forfaicture, deprivation, omiſſion of profitts, loſſe, hurte,

* Sic.

hurte, dammage or penaltie to enſue to hym for the ſame, any lawe, acte, conſtitution, ordinaunce, proviſion or eſtabliſhement made, or to be made to the contrarie notwithſtondyng.

Wherefore we woll and commaunde you and every of you, to whome it ſhall apperteyne, that uppon thonly ſight and readynge of theis our Letters ye permytt and ſuffer hym to enjoye thole benefite of the ſame without any your lett or interruption to the contrary, as ye tender our pleaſure, provydyd alwayes that in other thynges then before expreſſed he doo and fulfyll by hys pariſhe preſte or ſubſtitute ſuche thyngs for admynyſtration of dyvyne ſervice and other requiſits to the cure of the ſeid perſonage as apperteyneth.

Witneſſith our ſelf at Weſtminſter the XII^th^. day of Julye.

Per Breve de privato Sigillo & de data prædicta auctoritate parliamenti.

---

3°. *Aprilis.*

*Pro Johanne Leland Clerico de præſentatione.*

Johannes Lelande Clericus habet Literas Regis patentes de præſentatione ad eccleſiam parochialem de Haſeley Lincoln̄ Dioc̄. per attincturam Ricardi Pate ultimi Incumbentis ejuſdem. Et diriguntur Literæ illæ Reverendo in Chriſto Patri J. Epiſcopo Lincoln̄ exequend. Pat. 33. H. 8. ps. 6. m. 48.

In cujus rei &c.

T. R. apud Weſtm̄. Tertio die Aprilis.

Per Breve de privato Sigillo & de data &c.

---

3°. *Aprilis.*

*Pro Johanne Lelande conceſſione Præbendæ.*

Rex omnibus ad quos &c. ſalutem.

Sciatis quod Nos de gratia noſtra ſpeciali, ex certa ſcientia & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus dilecto nobis Johanni Lelande, Scolari & Capellano noſtro, Canonicatum & Præbendam illam in Collegio noſtro Regali in Univerſitate noſtra Oxon. jam per mortem Ricardi Coren ultimi incumbentis ejuſdem vacan. Habend. & gaudend. eandem præbendam præfato Johanni Lelande durante vita ſua cum omnibus proficuis, juribus, dividentiis, commoditatibus & pertinentiis ſuis univerſis. Pat. 34. H. 8. ps. 8. m. 18.

In cujus rei &c.

T. R. apud Weſtm. tertio die Aprillis.

Per Breve de privato Sigillo & de data &c.

21. *Mar.*

21. *Mar.*

*Pro Johanne Laylond Seniore Cuſtodia Johannis Laylond Jun.*

Pat. 5. E. 6. ps. 6. m. 15. Rex omnibus ad quos &c. ſalutem. Cum ad nos, ac coronam dignitatemque noſtras ratione prærogativæ noſtræ, ſecundum leges & conſuetudines Regni noſtri Angliæ ab antiquo uſitatas, pertineat providere pro tutela, defenſione & regimine omnimodorum ſubditorum ligeorumque noſtrorum Angl: ſuæ ſanæ mentis non compotm̄ habentium, aut lucidis intervallis gaudentium, ita quod terræ & tenementa, bonaque & catalla ſua ſalvo cuſtodiantur ſine vaſto & deſtructione; & quod ipſi & eorum familia de exitibus eorundem vivant & ſuſtineantur, & reſiduum ultra ſuſtentationem eorundem fideliter cuſtodiatur ad opus ipſorum, deliberandum eis quando memoriam & rationem recuperaverint: Ita quod terræ & tenementa ac bona & catalla ſua prædicta infra tempus prædictum non alienentur, nec nos de exitibus aliquid recipiamus ad opus; & ſi obierint in tali ſtatu tunc illud reſiduum pro animabus eorundem ordinare. Et quia Johannes Leyland Junior de parochia Sancti Michaëlis in le Querne London̄ Clericus, qui Rectoriam in Haſeley in Comitatu Oxon̄. inpræſenciarum obtinet, ac Rectoriam de Peperyng in Marchiis Caleſiæ, & Præbendam vocatam Eaſtknoll prope Sarum in Comitatu Wiltes̄ necnon quandam annuitatem ſive annualem redditum viginti ſex librarum, treſdecim ſolidorum, & quatuor denariorum in præſentiarum habeat, & de eiſdem Rectoriis, Præbend̄ & annuitat̄ ſeiſitus exiſtat in Dominico ſuo ut de libero tenemento, videlicet pro termino vitæ ſuæ naturalis, ſanæ mentis & memoriæ ſuæ compos minime exiſtit, ſed demens, inſanus, lunaticus, furioſus, frenaticus * litagit̄, aut lucidis gaudens intervallis ſit, ita quod Rectoriarum dignitat̄, præbend, promoc̄, & beneficia Eccleſiaſtica ſua pro ipſorum congrua ſupportatione, aut pro divinis obſequiis & imminenti animarum cura habenda Regi, ac annuitatem bonaque & Catalla ſua pro ſui ipſius ſuſtentatione, gubernare minime poſſit nec ſciat, prout per quandam inquiſitionem captam coram Andrea Judd Milite, Majore Civitatis noſtræ London ac Eſcaetore noſtro ejuſdem Civitatis ultimo die Februarii ultimo præterito plenius liquet. Nos igitur præfati Johannis Leyland Junioris utilitatem maxime cupientes, ejuſque felicem & proſperam vitam in bonis augeri indies volentes, de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa ſcientia & mero motu noſtris, necnon pro ſalva cuſtodia & ſuſtentatione prædicti Johannis Leyland Junioris, ac omnium penſionum, dignit̄ præbend, promot̄ annuit̄ & beneficio-

* Sic, pro *litagitur*, quam vocem alibi non reperi.

rum,

rum, bonorum, catallorumque ſuorum, ac pro ejus inſtauratione, incremento & reparatione tradidimus, comiſſimus & conceſſimus, ac per præſentes pro nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris tradimus, committimus & concedimus dilecto nobis Johanni Leyland Seniori, fratri ejuſdem Johannis Leyland junioris, cuſtodiam, regimen & gubernationem præfati Johannis Leylonde Junioris, necnon omnium & ſingulorum dignitat̄, præbend̄, penſionum, promotionum, annuitat̄ & beneficiorum ac aliorum victuum quorumcumque cum ſuis pertinentiis quæ idem Johannes Leyland Junior nunc habet, aut impoſterum habebit, ſeu habere debeat ratione quacumque cujuſcumque naturæ & qualitatis exiſtant, aut quibuſcumque nominibus cenſeantur, licet corporalem reſidentiam requirant & exigant, durante vita naturali prædicti Johannis Leyland Junioris, aliquo Statuto, actu, ordinatione, proviſione ſeu proclamatione inde antehac in contrarium fact̄, edit̄, ordinat̄, ſeu proviſ̄, aut aliqua re, cauſa, vel materia quacumque in aliquo non obſtante: Necnon cuſtodiam, regimen & gubernationem omnium & ſingulorum bonorum, & catallorum, ac debitorum ſuorum quorumcumque. Damus etiam & per præſentes pro nobis, heredibus & Succeſſoribus noſtris tradimus, committimus & concedimus præfato Johanni Leyland Seniori diſpoſitionem, uſum & occupationem omnium & omnimodo fructuum, reddituum, revencionum, emolumentorum, ſtipendiorum, ac ceterorum proficuorum, jurium, præheminenc: commoditatum & prærogativarum eiſdem promotionibus & beneficiis ſuis quibuſcumque ſive eorum alicui quoviſmodo imminentium, pertinentium, ſive contingentium, debitorum vel debendorum ad opus, commodum & proficuum ipſius Johannis Leylande Junioris in tam amplis modo & forma, ac proinde ac ſi idem Johannes Leyland Junior in ſana memoria & compote mente ac in propria perſona ſua in eiſdem Rectoriis & præbendis, & ceteris promotionibus ſuis reſideretur & reſidenciam faceret corporalem de tempore in tempus juxta formam & effectum, ac prout Statuta in hujuſmodi caſu facta exigant & requirant, habere, percipere, gaudere, frui, uti, poſſidere & retinere pacifice & tranquille tam per manus ipſius Johannis Leyland Senioris proprias, quam per manus Eſcaetorum Com̄ prædicti pro tempore exiſten̄, ac per manus Receptorum, firmariorum & occupatorum præmiſſorum, & eorum cujuſlibet pro tempore exiſten̄, ad uſum & commodum proprium præfati Johannis Leyland Junioris, & ſuæ familiæ convertere, applicare & diſponere libere & licite valeat & poſſit, haud ſecus quam ſicut hactenus vel antehac, dum compos fuit mentis, idem Johannes Leyland Junior habuit, percepit, gaviſus fuit, fruebatur

 batur

batur & poſſidebat, ſeu habere, percipere, uti, gaudere, frui & poſſidere debet vel deberet. Et hoc abſque perturbatione, moleſtatione, vexatione, impedimento vel impetitione noſtri vel heredum, Succeſſorum, Officiariorum aut Miniſtrorum ſeu aliorum Subditorum noſtrorum quorumcumque. Et etiam abſque aliqua pœna, deperditione ſeu forisfactura occaſione præmiſſorum incurrenda vel ſuſtinenda, Statutis, jurat̄ & conſuetudinibus in contrarium forſan editis vel impoſterum edendis, & ceteris adverſantibus non obſtantibus quibuſcumque. Volentes tamen quod beneficia Eccleſiaſtica per eundem Johannem Leyland Juniorem hactenus obtenta vel impoſterum obtinenda, in quibus obſequia divina & animarum imminet cura, eiſdem obſequiis non fraudentur, nec in eiſdem * nullatenus negligatur cura, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta. Damus etiam & per præſentes concedimus, tradimus & committimus cuſtodiam, gubernationem & diſpoſitionem bonorum, catallorum & debitorum ſuorum prædictorum ac eorum uſum & occupationem in forma prædicta præfato Johanni Leyland Seniori, executoribus & aſſignatis ſuis quamdiu præfatus Johannes Leylande Junior non compos mentis nec ſanæ memoriæ extiterit, aut lucidis gaudebit intervallis. Et ſi contingat præfatum Johannem Leyland Juniorem impoſterum memoriam & ſanam mentem recuperare per quod habeat liberationem omnium & ſingulorum annuitatum, penſionum, dignitatum, præbendarum, promotionum & beneficiorum ſuorum ac ceterorum præmiſſorum, ac poſtea iterum demens, inſanus, & non compos mentis ſuæ deveniat, aut lucidis gaudeat intervallis, ut ſupradictum eſt: tunc † volumus, commiſſimus, ac per præſentes volumus, committimus & concedimus pro nobis, heredibus & Succeſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Johanni Leylande Seniori, quod idem Johannes habeat cuſtodiam, regimen & gubernationem præfati Johannis Leylande Junioris, ac omnium & ſingulorum præmiſſorum modo & forma, ut ſuperius præmittitur in omnibus. Et ſic de tempore in tempus totiens quotiens & quamdiu prædictus Johannes Leyland Junior ſic demens deveniat, aut lucidis gaudebit intervallis, ut præfertur. Et ulterius de uberiori gratia noſtra tradidimus, commiſſimus & conceſſimus, ac per præſentes tradimus, committimus & concedimus præfato Johanni Leyland Seniori, executoribus & aſſignatis ſuis ad opus, intentionem & uſum prædictorum omnium exituum, revencionum, arreragiorum, & proficua annuitatum, penſionum, dignitatum, præbendarum, promotionum & beneficiorum prædictorum, necnon proficua & emolumenta quæcumque ſurgentia & devenientia de

* F. *ullatenus*. † An *voluimus?*

bonis

bonis & catallis ſuis prædictis à tempore ex quo primum dictus Johannes Leyland Junior in talem demenciam & incompoſitionem mentis ſuæ incidit, ut in prædicta inquiſitione exprimitur, hucuſque & extum proveniencia ſive creſcentia tam per manus ſuas proprias quam per manus nunc & nuper ſe per alium Eſcaetorum, Receptorum, ballivorum, firmariorum, tenentium, factorum, famulorum & aliorum occupatorum eorundem pro tempore exiſten, Eo quod expreſſa mentio &c. In cujus rei &c. T. R. apud Weſtm. xxi. die Martii.

Per ipſum Regem &c.

---

# *Mr.* Wood's *Life of* John Leland *the Antiquary, out of* Athenæ Oxon. Vol. I. col. 67.

John Leland or *Leyland*, that ſingular light and ornament of *Great Britain*, was born in *London*, but in what Pariſh, or Year, it appears not; howbeit the day of his Birth, he himſelf is pleaſed to tell [a] us. In his younger Years being depriv'd of his relations, he was taken into the protection of one *Tho. Myles* a great favourer of learning, who not only exhibited to his wants, but alſo took care to have him inſtructed in Grammar, and other juvenile learning, under the famous *Will. Lilye*. From his School he was ſent to *Cambridge*, where, as he himſelf ſaith, he received the firſt ſeeds of Academical Learning in *Chriſt*'s College, and from thence, as in another place he tells us, he went to *Oxon*. but to what College or Hall therein, he adds not. Howbeit, by ſure tradition from *Thom. Key* of *Allſouls* College to *Thom. Allen* of *Gloceſt*. Hall, it appears that he ſpent ſeveral Years in ſtudy in the ſaid Coll. of *Allſouls*, which is alſo noted by *Will. Burton* the Antiquary of *Leiceſter-ſhire* in the Corollary of ſome part of *Leland*'s Life before the firſt Tome of his Collections. After he had ſpent ſome time there, he journied to *Paris*, where he profited himſelf much by the reading and learning of *Budæus*, *Faber*, *Paulus Æmilius*, and *Ruellus*. Returning thence he entred into Holy Orders, became Chaplain to K. *Hen*. 8. and Rector of *Poppeling* (ſometimes written *Popering* and *Pepling*) in the *Marches* of *Calais*. Afterwards he became Library-keeper to that King, and had a Commiſſion from him under the broad Seal, *an.*

[a] In *Encomiis, trophæis*, &c. edit. 1589. p. 31.

*reg.* 25. *Dom.* 1533. whereby he was impowered to make a ſearch after *England*'s *Antiquities*, and peruſe the Libraries of all Cathedrals, Abbies, Priories, Colleges, *&c.* as alſo all places wherein Records, Writings, and ſecrets of Antiquity were repoſed. Whereupon, in few Years after, obtaining a ſpecial Diſpenſation [a] 12. *Jul.* 28. *Hen.* 8. to keep a Curate at *Poppeling*, and make his reſidence in *England*, or elſewhere at his own liberty, he ſpent more than ſix Years in rambling to and fro in this Nation, and in making reſearches into the bowels of Antiquity, undertaking ſo immenſe a taſk, that the very thoughts of compleating it, did, as 'tis ſaid, diſtract him. At the time of the diſſolution of Monaſteries, he ſaw with very great pity what havock was made of ancient Monuments of learning, and if no remedy ſhould be taken, they would all periſh. Whereupon, for prevention ſake, he wrote a Letter [b] to *Cromwell* the prime Secretary, dat. 16. *July*, wherein he intreats him to give him aid and aſſiſtance in bringing to light many ancient Authors, and in ſending them to the King's Library; who, he knew well, had no little eſteem for them, and adds that— *it would be a great profit to Students, and honour to this Realm*; *whereas now the Germanes perceiving our deſidiouſneſs and negligence, do ſend dayly young Scholars hither, that ſpoileth them, and cutteth them out of Libraries, returning home and putting them abroad as Monuments of their own Country*, &c. On the 3. of *Apr.* 33. *Hen.* 8. *Dom.* 1542. he was [c] preſented to the Rectory of *Haſely* near to, and in the County of *Oxon*; and in the beginning of the ſaid Month 1543, the King [d] gave to him by the name of *John Leland Scholar, and the King*'s *Chaplain* a Canonry or Prebendſhip of *King*'s College (now *Ch. Ch.*) in *Oxon*; and about that time the Prebendſhip of *Eaſt-Knoll* and *W. Knoll* near to *Saliſbury* in *Wiltſhire*; but the Canonry of *Ch. Ch.* he loſt in 1545, upon the ſurrender of that College to the King, and in lieu thereof had no penſion allow'd him as other Canons had, but preferment elſewhere. At length having made a grand collection of antiquities, he retired to his habitation in the Pariſh of St. *Michael in le Querne* in *London*, where ſpending about ſix Years more in compoſing ſuch Books that he had promiſed to the King, did at length (upon a foreſight that he was not able to perform his promiſe, or, as the Roman Catholicks ſay, that *he had degenerated from the ancient Religion*) fall diſtracted and loſt his ſenſe, being but a little before eſteemed a Perſon of a clear judgment and *of great inſight to diſcern between ſub-*

[a] Pat. 28. H. 8. part 1. [b] Among the *Papers of ſtate.* [c] Pat. 33. Hen. 8. p. 6. [d] Pat. 34. Hen. 8. part. 8.

*ſtantial*

*ſtantial and ſuperficial Learning.* This his diſtemper being made known to the King and his Council, His Majeſty by Letters Patents [a] dat. 21. *March* 5. *Ed.* 6. *Dom.* 1550. did grant the cuſtody of him by the name of *John Laylond Junior, of St. Michael's Pariſh in le Querne, London, Clerk,* to his Brother *John Laylond* Senior, and for his maintenance to receive the profits of *Haſely, Popplyng, E. Knoll,* and *W. Knoll* before-mention'd. He was eſteemed by the generality of Scholars of his time an excellent Orator and Poët, learned in the Greek, Latin, French, Italian, Spaniſh, Britiſh, Saxon, Welſh, and Scotiſh Tongues, a moſt diligent ſearcher into Antiquity, and a favourer and lover of all thoſe that bent their minds that way. His enemies, or ſuch that cared not for him, as *Pol. Virgil,* Dr. *Jo. Cay, &c.* did uſe to ſay that he was a vain glorious Perſon, and that he promiſed more than ever he was able to perform, and others, that his Poëtical Wit made him ſo conceited, that it was the chief reaſon of his frenſie. He hath written,

*Næniæ in mortem Thomæ Viati equitis incomparabilis* Lond. 1542. 'Tis a Lat. Poëm in one ſheet and an half in qu.

*Genethliacon illuſtriſſ. Eadverdi principis Cambriæ, Ducis Coriniæ & Comitis Palatini,* &c. Printed 1543. A Lat. Poëm in 4. ſheets in qu.

*Syllabus & interpretatio antiquarum dictionum, quæ paſſim per libellum* (prædictum) *lectori occurrunt.* Printed with the former, *an.* 1543.

*Aſſertio inclytiſſ. Arturii Regis Britanniæ.* [b] Lond. 1544. qu.

*Elenchus antiquorum nominum.* Printed with the *Aſſertio inc.*

*Cygnea Cantio.* Lond. 1545. 'Tis a Lat. Poëm in about 5. ſheets in qu. There again 1658. in oct.

*Commentarii in Cyg. cantionem indices Britanniæ antiquitatis locupletiſſimi.* Printed with the two ſaid Editions of *Cyg. Cant.*

*Laudatio pacis* Lond. 1546. A Lat. Poëm in 2. ſh. in qu.

[a] Pat. 5. Ed. 6. part. 6.

[b] My very learned and communicative Friend *John Anſtis,* Eſq; informs me that there is an *Engliſh* Edition of this excellent Book, under this Title, Antient Order, Society and Unitie laudable of Prince Artour and his knightly Armory of the round Table, with a threefold Aſſertion &c. Engliſhed from Leland by R. Robinſon 1583. He tells me that he never ſaw it, but that he owes his Information to the Catalogue of Mr. *Richard Smith* ſold by Auction at *Lond.* May 15. 1682. Neither have I my ſelf been able to meet with this *Engliſh* Edition. Mr. *Smith* was a moſt curious and learned Man, and 'tis great pity that his Books had not been all preſerved together by the Care of ſome Generous Perſons. The Catalogue of them is worth keeping, and 'tis ſometimes quoted by our Antiquaries as good Authority for Titles of Books. Mr. *Anſtis* at the ſame time acquainted me that he had ſeen one *Latin* Copy of *Leland's Aſſertio* printed on parchment. *T. H.*

A New-

A New-years-gift to K. Hen. 8. (37. Year of his Reign) concerning his laborious journey and ſearch for *England*'s Antiquities. *Lond.* [a] 1549. oct. Publiſhed with Annotations thereon by *John Bale*, who hath added thereunto of his own, *A regiſter of the names of Engliſh Writers, whom the ſecond part of his work,* De Scriptorib. Britanniæ, *ſhall comprehend.*

*Principum ac illuſtrium aliquot & eruditorum in Anglia virorum Encomia, Trophæa, Genethliaca, & Epithalamia,* &c. Lond 1589. qu. Publiſhed by *Tho. Newton* of *Cheſhire.*

Theſe are all the Books compoſed by him, that are publiſhed. Thoſe that he left behind him in MS. are theſe following:

*Collectaneorum volumen primum.* Collections from various Authors, *viz.* from Chronologies, ancient Charters, Leiger-Books, Hiſtories, Annals, publick and private Writings, *&c.* —Written with *Leland*'s own hand (moſtly in Latin) in folio, containing 913. pages, and all collected from MSS. and nothing from Authors that were then Printed. There are in this Book many [b] needleſs additions and illuſtrations put in by *Will. Burton* of *Lindley*, whom I ſhall anon mention, who hath written ſome part of the Life of *Leland* before, and has made a uſeful [c] Index to it.

*Collect. vol.* 2. Collections from various Authors in MS. *viz.* Chronologies, Annals, *&c.* in fol. containing [d] 382. pages.

*Collect. vol.* 3. Containing the Catalogues of MSS. in the Libraries of ſeveral Religious Houſes, Cathedrals, Colleges, *&c.* Collections alſo from Monkiſh Authors concerning the Foundations, Reſtaurations, *&c.* of Religious places, and other matters of conſiderable moment. In p. 117. is [e] part of an Itinerary through *Devonſhire*, and p. [f] 127, *&c.* is ſomething of *Kent.* In p. 149, *&c.* is ſomething of *Herefordſhire*, and pag. 204, *&c.* of *Lincolnſhire.* Afterwards follow the meaning and original of words from ſeveral old Dictionaries. This Vol. contains in writing under *Leland*'s hand [g] 287. pages in fol.

[a] See my Preface to the firſt Vol. of *Leland*'s Itin. §. 5. where there is mention of two other Editions, not noted by Mr. *Wood. T. H.* [b] This is a very unjuſt Cenſure, as I have noted in my Preface to this Work, §. 2. Mr. *Burton* was a very judicious, as well as a learned Writer, and any remarks of his are valuable. *T. H.* [c] This Index tho' *uſeful*, yet is very imperfect, containing nothing more than the Names of the Religious Houſes, and an Alphabet of ſome of the Authors made uſe of in the Work. Nor was it of any ſervice when I was drawing up my own Index. *T. H.* [d] It ſhould be 393. pages. *T. H.* [e] It belongs rather to *Cornwal.* I have publiſhed theſe parts of the Itin. in p. 91, and 125. of the ſeventh Vol. of the Itin. *T. H.* [f] It ſhould be 125. *T. H.* [g] It contains only 280. pages, beſides thoſe on which the *New-Year's-Gift* is written; which *New-Year's-Gift* I have publiſhed at the beginning of the firſt Vol. of the Itin. *T. H.*

*Collect.*

*Collect. vol.* 4. Containing [a] the lives and characters of moſt of the eminent Writers of *England*; written in Latin with *Leland*'s own hand, *an.* 1546. and containeth 354. pages in fol. One or more Copies of this Book are in private hands.

An Itinerary throughout moſt parts of *England.*—In five volumes in qu. This *Iter* was began about 38. *H.* 8. *Dom.* 1538. and the volumes were written with his own hand; but by the negligence of thoſe, who have had the cuſtody of them, after the author's death, moſt of them have taken [b] wet and are not legible. About the Year 1631. *Will. Burton* before-mentioned cauſed all the ſaid five volumes to be

[a] It was publiſhed lately by Mr. *Hall* of *Queen*'s Coll. *Oxon.* and long before that by *J. Bale.* A new Edit. is exſpected from the learned Dr. *Tanner*. See §. 27. of my Preface to this Work. *T. H.* [b] They were in a very bad Condition, it ſeems, in Mr. *Harriſon*'s time, who, however, hath paſſed a very unjuſt Cenſure upon Mr. *Leland* in pag. 63. of the ſecond Edition of his Deſcription of *Britain*, as if *Leland* had made his Notes intricate and obſcure on Purpoſe that Poſterity ſhould not have the Benefit of them. This great Antiquary was of a noble and generous and publick Spirit, and could not be guilty of any ſuch pitiful, mean Trick, as this which is mentioned by *Harriſon*, who, methinks, ſhould have ſtudiouſly avoided all unbecoming Reflexions upon ſo great a Man, from whom he borrowed the moſt valuable and moſt judicious Paſſages in his ſaid Deſcription of *Britain*, his own Remarks being, generally, very mean and trivial, particularly what he ſays in pag. 149. about the Univerſities, which would have better ſuited the Characters of ſome partial, Whiggiſh, Writers in this Age, (who are very diligent in raking up malicious and falſe Stories againſt the Univerſities) than the Pen of one that affected the Praiſe of a good Antiquary and a faithful Hiſtorian. Mr. *Harriſon*'s words about *Leland* are theſe: *For ſo moth eaten, mouldie, and rotten are theſe Books of Leland which I have, and beſide that, his annotations are ſuch and ſo confounded, as no man can (in a maner) picke out anie ſenſe from them by a leafe togither. Wherefore I ſuppoſe that he diſperſed and made his Notes intricate of ſet purpoſe: or elſe he was loth that anie Man ſhould eaſilie come to that knowledge by reading, which he with his great charge and no leſſe travell atteined unto by experience.* Theſe words were chiefly occaſioned by what occurrs now in the third Vol. of the Itinerary. I muſt confeſs that both that Vol. and the other Volumes of the Itinerary (that are preſerved under the Author's own Hand) are ſtrangely abuſed, and have ſuffered very much from the Accidents of Time. But I will by no means allow that they were made intricate by the Author with a Deſign that Poſterity ſhould not have the Advantage of them. The Remarks were put down by him only as Notes to be improved by him afterwards; but being not reviſed and digeſted before he died, 'tis no wonder that they are difficult to be made out in ſome Places, and that in the MSS. there oftentimes ſeems to be no Connexion. But I got over all theſe Difficulties; and was able, tho' not without trouble, to tranſcribe and account for even the hardeſt Paſſages. Nor do I think that *Harriſon* would have ſpoke contemptuouſly of theſe Papers, had it not been out of a Deſign to advance the credit of his own obſervations; which is a Crime that ſome of our Modern Writers have been guilty of when they have had occaſion to ſpeak of *Leland.* *T. H.*

tranſcribed

tranſcribed into one folio; which with the originals, were, by him ſoon after, given to the publick Library of *Oxon*.

Collections concerning Engliſh Families and their originals, of relations of matters of Antiquity from divers Perſons, of Towns and Religious Houſes, (which he accidentally found in record, or by tradition) of Rivers in ſeveral Counties, and alſo collections from various MSS. *&c.*—All which are contained in two quartoes under *Leland*'s hand writing, and go under the names of the ſixth and ſeventh volumes [a] of his *Itineraries*, and ſtand and are mix'd with the other five, in the Archives of the publick Library.

*Collectiones ex antiquiſſimis authoribus deſumptæ, quæ ad Britanniam ſpectant*. MS. in *Cotton*'s Library under *Julius* C. 6.

*Codrus ſive liber contra Polydorum Virgilium de erroribus in ſcriptis ſuis*. MS. An exemplar of which I have ſeen.

*Nænia in mort. Hen. Duddelegi* (Dudley) *Equitis*. MS. in quarto.

*Bononia Gallo-Maſtix, in laudem victoris feliciſſ. Hen.* 8. *Anglici, Francici, Scottici*, &c. MS. [b] in qu. With other things, which you may ſee in *Baleus* and *Pitſeus*. All which MSS. and collections, with many other matters of moment, were, after *Leland*'s death, taken (by command from *Ed.* 6.) into the cuſtody of Sir *John Cheek* Tutor to the ſaid King; who not long after gave the four Tomes or Vol. of his collections before mentioned to *Humph. Purefoy* Eſq; (afterwards of the Privy Council to Queen *Elizabeth* in the North

[a] There is an eighth Vol. alſo under the Author's own Hand in the ſame Library, given by the late learned Mr. *Charles King*. This I have printed with the reſt in my Edition. *T. H.* [b] Mr. *Wood* did not know that this had been printed. Nor did I know of it, 'till I was acquainted by my Honoured Friend *Thomas Rawlinſon*, Eſq; who procured a Copy for me, from which I have cauſed it to be reprinted. And ſhould any other Pieces, that I have not yet met with, hereafter come to my Hands, I deſign to take a proper occaſion of printing them, eſpecially ſince I have lately received ſuch an unexpected Encouragement in my Attempts from the Univerſity of *Oxford*, who were pleaſed in a very generous and moſt honourable manner to elect me in a very full Convocation, holden at one a Clock on *Wedneſday Jan.* 19. 17$\frac{14}{15}$. to be their *Archetypographus* and Superior Beadle of the Civil Law, an Hononr which I take this firſt opportunity of mentioning to the World, on purpoſe that my gratitude may be made known to Poſterity. And tho' I am conſcious to my ſelf that their Favours were conferred on one that every way undeſerves them in reſpect of Learning and the other requiſite Qualifications, yet I have good reaſon to aſſert that they ſeaſonably aſſiſted and relieved one of their members that had for many Years led an obſcure and retired courſe of Life, and was at that time reduced to a ſort of neceſſitous Condition by the great expences he had been at in carrying on this and other publick Deſigns. *T. H.*

parts

parts of *England)* whoſe Son *Tho. Purefoy* of *Barwell* in *Leiceſterſhire*, giving them to *Will. Burton* of *Lyndley* in the ſame County, in the Year 1612, came many Years after by his gift (when he had made uſe of them in compiling his *Deſcription of Leiceſterſhire)* to the *Bodlejan* or pub. Library at *Oxon.* together with the *Itinerary* in five (with the other two) quartoes, where they yet (in the Archives of that Library) remain. As for ſome other of his Collections, they came after the death of Sir *John Check* into the hands of *Will.* Lord *Pagit*, and Sir *Will. Cecyl*, but to whom, from them, I find not. Perhaps among the ſaid Collections were thoſe that ceme afterwards into Sir *Rob. Cotton*'s hands, and the *Itinerary* into thoſe of *Will. Burton* before mentioned. Howſoever it is, ſure I am, that ſeveral eminent Antiquaries have made uſe of them, eſpecially *Joh. Bale* in his ſecond edition of *Britiſh Writers*, but not in the ſame words [a] that *Leland* wrot. For as he delivered things impartially and in ſmooth language, ſo *Bale* quite contrary, and full [b] of ſcurrilities. *Camden* alſo, though now and then he doth mention his Author *Leland*, yet he made [c] conſiderable uſe of his Collections in the compoſing of his *Britannia*. Sir *Will. Dugdale* hath peruſed them ſeveral times, and made great uſe of them in his *Antiquities* of *Warwickſhire*, and in his volumes called, *The Baronage of England*, but withal quotes him honeſtly for every thing that he hath taken from them. To conclude, this great Antiquary *J. Leland* dying on the 18. day of *April* in Fifteen hundred fifty and two, was buried in the Church of St. *Michael's in le Querne*, in *London*. Which church having been ſituated near to the old Croſs in Weſt-cheap, and not far from the Eaſt part of S. *Paul*'s Cathedral, was totally burnt down in the grand conflagration, *an.* 1666. So that ſoon after it's Pariſh being united to another, the foundation of the ſaid Church was level'd, and pitched with Stones, as the reſt of the ſtreet adjoyning was; and at the Eaſt end where ſtood the Altar, or thereabouts, was erected a Conduit of ſtone to ſerve the inhabitants of the neighbourhood with water.

[a] Very often he retains *Leland*'s own words, but in other Places he changes them, yet with this Advantage, that he hath made many excellent and very uſeful Additions, and the Work taken altogether (and abating for too much Rancour ſhew'd in it againſt the *Romaniſts)* is a moſt valuable and judicious Performance, and far preferable to the leſs perfect one that was left by *Leland*, who however in this ought to have the Preeminence that he laid the Foundation of it, and ought to be look'd upon as the Maſter-Builder. *T. H.*

[b] Vide *Jo. Pitts de Illuſtr. Angl. ſcript. p.* 53.

[c] See in *Ralph Brook's Diſcovery of errors in Camden's Britannia.*

## *A Letter to the Publiſher, written by the ingenious Mr.* JOHN BAGFORD, *in which are many curious Remarks relating to the City of* LONDON, *and ſome things about* LELAND.

SIR,

Ex libello de vita S. Wulfildæ, quem Gocelinus monachus S. Bertini ſcripſit. 167.
Ex libro de vita S. Werburgæ, autore, ut arbitratur Lelandus, Gotcelino. 167.

Ex vita S. Ermenildæ, eodem Gotcelino, ut conjicit Lelandus, autore. Pag. 168.
E libro Gotcelini de vita S. Eadgithæ filiæ Wulftrudis. 168.
Ex libro Gotcelini de vita S. Milburgæ. 169.
Ex Hiſtoria Rogeri Hoveduni, qui opus ſuum inchoavit ubi Beda finem hiſtoriæ fecit. 171.
Ex Annalibus incerti autoris, ſed conjunctis cuidam abbreviationi Hoveduni in Mailroſenſi codice. 212.
Ex antiquo de legibus Saxonum libro. 212.
Ex Chronico Fani Neoti, incerto autore. 214.
Ex Chronico quodam Vilodunenſi, Anglicis rithmis ſcripto, incerto tamen autore. 219.
Ex Eadmeri hiſtoria. 220.
E Prologo & hiſtoria Aluredi, theſaurarii Beverlacenſis eccleſiæ. 223.
Ex Joannis Severiani octo libris de nugis curialium & veſtigiis philoſophorum. 230.
Ex Euteticho Jo. Sariſbirienſis. 233.
Ex libris Gulielmi Meldunenſis de regibus Anglorum. 234.
Ex libris ejuſdem de pontificibus. 243.
Ex Itinerario ejuſdem de laborioſa Joannis abbatis Meldun. profectione verſus Romam. 272.
Ex duobus libris Gul. Meldunenſis quos de vita S. Patricii ad monachos Gleſſoburgenſes ſcripſit. 273.
Ex Chronico Mariani Scotti. 276.
Ex Hiſtoria Henrici Huntingdunenſis. 289.
Ex hiſtoriola de regibus Saxonicis incerto autore. 306.
Ex Ailredo Rievallenſi. 307.
Ex Hiſt. Gul. Parvi, canonici Novoburgenſis cœnobii. 311.
Ex annalibus Gualteri Hemingburgi, canonici Giſoburnenſis cœnobii. 314.
Ex annalibus Fratris Walteri Coventrenſis. 315.
E libro E. monachi Eoveſhamenſis cœnobii, de vita Thomæ Beket, epiſcopi Cantuar: 323.
Ex Chronico incerti autoris, quod invenit Lelandus in cœnob. Canonicorum Barnwellenſium, non procul à Granta. 324.
Ex altera hiſtoria ejuſdem cœnobii incerto autore. 325.
Ex hiſtoria Nicolai Tripodis, alias Trivet, quam à Stephano inchoavit, & uſque ad mortem Edwardi, filii Henrici tertii, deduxit. 326.
Ex annalibus Jo. abbatis de B. (ſ de Burgo) quem à domino Monjoio mutuo ſumpſit Lelandus. 329.
Ex libellulo incerti autoris de recentioribus aliquot archiep. Cantuar. quem à Monjoio itidem mutuo accepit. 331.
Ex tabula annalium Oſneienſis cœnobii. 331.
Ex epiſtola Rogeri Baconis ad Clementem pont. Ro. 333.

E libello R. Baconis de deſcriptione locorum. 334.
E libro Baconis de utilitate linguarum, qui alius eſt ab epiſtola longa quam ad Clementem Ro. ſcripſit. 334.
Ex Annalibus Matthæi Pariſienſis. 335.
Ex Chronico cujuſdam Thomæ Franciſcani ad Simonem de Eſſeby Franciſcanum de rebus à ſua ſecta, & præcipue in Anglia, geſtis. 341.
Decerpta è chronico cujuſdam, ut videtur, defloratoris Matthæi Pariſienſis, ſed incerti nominis, qui tamen multa interſerit, quæ nuſquam in Matthæo comparent. 344.
Ex hiſtoria Symeonis monachi, Præcentoris Dunholmenſis eccleſiæ, quam ſcripſit de regibus Anglorum & Danorum à tempore Bedæ uſque ad ultimos annos Henrici primi, regis Angliæ; &c. 347.
E vita S. Edithæ ab incerto autore edita. 356.
Ex Alredi, abbatis Riævallenſis, libellulo de quadam ſacerdote impudica Wetadunenſis monaſterii, à vinculis divinitus poſt pœnitentiam ſoluta. 365.
Ex libello Stephani, primi abbatis cœnobii Mariani Eboraci, quem ſcripſit de origine & fundatione ejuſdem cœnobii. 365.
Ex epiſtola, ſive libellulo, Turſtini archiep. Ebor. ad Gul. archiepiſcopum Cantuar: de origine Fontanenſis cœnobii per monachos Mariani cœnobii Eboraci. 367.
Ex libello incerti autoris de adulterio, quod Ælla, rex Deirorum, commiſit cum uxore cujuſdam Ærnulfi Seafar ditiſſimi mercatoris, & Eboracenſis. 367.
Ex libellulo quodam de vita Gildæ, autore veteri. 368.
Ex hiſtoria Ranulphi, alias Radulphi, Hygedeni, monachi Caſtrenſis. 368.
Ex annalibus aſſutis exemplari Polychronicon quod eſt Oxon. in bibliotheca collegii Exonienſis. 377.
Ex annalibus aſſutis exemplari Polychronicon, quod eſt Oxon. in bibliotheca collegii Regalis. 379.
Ex paralipomenis, exemplari Polychronici, quod eſt Oxon. in bibliotheca Magdalenaïci collegii, adjunctis. 380.
Ex chronico incerti autoris quod eſt Oxon. in biblioth. Lindenſis collegii. 384.
E libro Richardi de Bury alias Angervile, epiſcopi Dunelmenſis, cui titulus Philobiblon. 385.
E libro cui titulus Flores hiſtoriarum, auctore Matthæo fratre. 385.
Excerpta alia hiſtorica, ex eodem, qui & Flores hiſtoriarum exhibebat, codice. 391.
E libris Eulogii hiſtoriarum. 395.
Ex quodam Chron. monaſter. Chriſti Cantuar. 398.
Ex annalib. Adami Muremutenſis, canonici Londinen. 403.

Ex annalibus cujuſdam monachi S. Albani, quos reperit Lelandus in bibliotheca Tinemutenſi. Pag. 403.
Inventio patris & matris S. Brendani. 407.
E libello de locis, quibus Sancti in Angl. requieſcunt. 408.
Quædam de Joanne Wiclif, à Thoma Gaſcoyne, doctore Theologiæ Oxonii, ſcripta. 409.
Paucula de Wiclif ex Chronico incerti autoris. 409.
Ex Chronico incerti autoris (quod reperit Lelandus Oxonii in biblioth. colleg. Lindenſis) de Reginaldo Pecok. 409.
E libello quodam de cauſſa contentionis inter Henricum regem & Thomam Beket. 410.
Ex Chronico veteri, cujus auctor fuit monachus quidam S. Joan. de Colceſtre, ab an. 1095. ad an. 1252. incluſive. 410.
Ex annalibus Thomæ Wike, canonici de Oſeney. 414.
Ex libello de ſitu & nobilitate Londini, auctore Gul. filio Stephani. 420.
E libro de vita Thomæ Beketi, eod. Gul. filio Stephani auctore. 422.
E chronico Joannis Hardingi. 425.
Ex hiſtoria Fabiani. 426.
Figura quædam rudis, ad Dunelmum, ut conjicio, ſpectans, vel, ut putat amiciſſimus Bagfordius, ad Julii Cæſaris turrim Londini. 431.

---

## VOL. IV.

EX Dictionario Britannico. Pag. 2.
Catalogus MSS. in bibl. mon. de Faverſham. 6.
E veteri quodam codice monaſterii S. Auguſtini Cant. de ſepultura quorund. Sanctorum in inſula Thanet. 7.
Catalogus MSS. in bibl. mon. S. Auguſtini Cant. 7.
Ex libro Godſelini, primum monachi apud S. Bertinum in provincia Morinorum, deinde Doroberniæ Cantiorum, quem ſcripſit de vita S. Auguſtini. 8.
Reges ſepulti apud S. Auguſtinum. 9.
Archiepiſcopi & epiſcopi ibidem ſepulti. 9.
Inſcriptio lapidis poſiti in clauſtro Auguſtinenſium. 9.
Altera in limine infirmitorii. 9.
Ex libello incerti autoris. 9.
Ex veteri Chronico. 9.
Vita Columbani apud S. Gregorium. 10.
Codd. MSS. in cœnobio Chriſticolarum. 10.
Ex veteri Chron. apud Wigmorum, & ex tabella ibidem. 10.
Inſcriptiones duæ. 11.
Douarenſe cœnobium, & codd. MSS. ibi. 11.

Ex

Ex tabula penſili in Domo dei, alias Maiſundeu. Pag. 11.
De portu Rutupino. 11.
De cœnobiis apud Dunſtaple, Cawdwel & Newham. 12.
Codd. MSS. in bibl. de Sardis, alias Wardon. 12.
De Sancti Neoti oppido, antea dicto Einulpheſbury. 13.
Ex libro de vita S. Neoti. 13.
De Gumiceſter, vulgo Godmanceſter. 13.
Ex libello qui eſt Ebor: apud monachos Marianos de vita S. Machuti epiſcopi. 14.
De Venanduno, vulgo Huntingdune. 14.
De Barnewel cœnobio in com. Cantabr. 14.
Codd. MSS. in bibl. Bernwellenſi. 15.
De Granta, vulgo Cambrige. 15.
Codd. MSS. in bibliothecis Cantabrig. 15.
De oppido Teoforde, vel Thetforde, in com. Norf. 25.
Codd. MSS. in bibl. Teofordienſi. 25.
Ex libro Abbonis monachi de vita S. Edmundi. 26.
De Eye, olim Dunmoc, in Suff. 26.
Ex charta Topographica Angliæ. 27.
De Wimundeſham, & codd. MSS. illic. 27.
Codd. MSS. in bibl. Chriſticolarum Nordovici. 27.
Ex hiſtoria de Meriadoco ſcripta per R. 28.
Codd. MSS. apud Prædicatores, Franciſcanos, & Carmelitas Nordovici. 28.
Codd. MSS. in cœnobio S. Benedicti apud Fennicolas. 29.
Excerpta ex tabula quadam Croylandiæ adſervata. 29.
Codd. MSS. in bibl. Croylandiæ. 30.
De provincia Lindenſi. 30.
De Thorney & Peterburgo, & de Codd. MSS. in utroque loco. 30.
De Burne. 31.
De Spaulding, Suinyſhed, Riveſby, Topholme, & Bardeneia, & de Codd. MSS. illic. 32.
De Lindo. 33.
De Landford brige, Thorton, Hulla, & Beverlake. 34.
De Bridlington, & codd. MSS. illic. 35.
De Malton. 35.
De Kyrkeham, & codd. MSS. illic. 36.
De cœnobio Mariano Eboraci, & codd. MSS. illic. 36.
Bibliotheca S. Petri Eboraci. 36.
Ex vita S. Machuti. 37.
De Neuburg cœnob. & de Codd. MSS. illic. 37.
De Bellandiæ & Rievallis cœnobiis, & de codd. MSS. illic. 38.
De Streneſhalc, ſive Whitby. 39.
Ex vita S. Begæ, velatæ virginis. 39.
Ex vita S. Hildæ. 39.

Ex chronico incerti autoris apud Wytby. 40.
De quatuor viis Mulmutinis, &c. 40.
De Giſburn & Dunholme, & de codd. MSS. illic. 41.
De Lindisfarne. 41.
De Newcaſtel, Gyrrwi, Muro Pictico, & Tinemuthe. 42.
Ex vita S. Oſwini. 43.
Cœnob. S. Agathæ. 43.
Jorevallis, & codd. MSS. illic. 43.
Ex Chronico Jorevallenſi, autore incerto. 44.
Fonticuli, & codd. MSS. illic. 44.
Chriſtal, Dropingwelle, Nid aliiq; flu. Selleby, Kirkeby 45.
Codd. MSS. apud Kyrkeby. 46.
Worſope, Wellebeke, Newſtede, Melton Moubray, & Leyceter. 46.
Launde, Sauterey, Rameſey. Codd. MSS. apud Rameſey, & in bibl. Paulina Londini. 47.
Codd. MSS. in bibl. Petrina Londini, & in bibl. Petrina Weſtmonaſterii. 48.
Ex epitaphio Galfredi Chauceri. De Joanne Gower. 49.
Codd. MSS. in bibl. Franciſcanorum Londini. 49.
Codd. MSS. in bibl. Prædicatorum Lond. 51.
Codd. MSS. in bibl. Carmelitarum Lond. 52.
Codd. MSS. in bibl. Auguſtinianorum Lond. 54.
Ex catalogo libelli de nominibus ſociorum collegii Gualteri Merton, Oxoniæ. 54.
Codd. MSS. Radingiæ apud Franciſcanos. Cœnob. de Abbingdune, & Codd. MSS. ibi. Codd. MSS in bibl. de Oſney. 57.
Codd. MSS. in bibliotheca publica Oxoniæ. 58.
Ex Granario Joannis de Whethamſted. 58.
Codd. MSS. apud Carmelitas Oxon. Apud Prædicatores Oxon. & in bibl. collegii de Merton Oxon. 59.
Codd. MSS. in bibliotheca coll. Balliolenſis Oxon. 60.
Ex indice cujuſdam librarii. Codd. MSS. Sareſbiriæ apud Prædicatores. Cernelium, ſive Cerne, cœnob. Ex libello de vita S. Ædwoldi, fratris S. Edmundi martyris. 67.
Codd. MSS. apud Cainſham, & Brightſtow, & in bibliotheca cœnobii de Batayle. 68.
Fundationes monaſteriorum ex vet. cod. Roſenſis monaſt. 69.
Ex fine libri I. Gulielmi à Maildulphi curia de reg. 75.
Quædam deſiderata in hiſtoriæ calce, quam ſcripſit Beda. 76.
Epilogium de obitu Bedæ, à Cuthberto condiſcipulo Cuthwini diſcipuli Bedæ ſcriptum. 77.
Connotationes de Sanctis in Anglia requieſcentibus. 80.
Ex Rad. de Diceto de origine Scotorum & Hibern. 82.
Ex libro de mirabilibus Britanniæ. 82.
Ex Chronicis Rad. de Duceto decani S. Pauli Lond. 82.

Ex libro Radulphi de origine Britannorum. Pag. 84
A Deſcription of Mon, alias Angliſey. 85.
A Deſcription of ſeveral other parts of Wales. 90.
Excerpta è vitis Sanctorum. 94.
Ex Memoriale hiſtoriarum Claudii preſbterii, ut arbitratur Lelandus, Galli. 95.
Præclara quædam, ad ciphras præcipue & Kalendaria veterum ſpectantia, è libro antiquo quem mutuo ſumpſit Lelandus à Taliboto. 97.
Tabula ſive Deſcriptio Inſularum Gerſey & Garneſey. 99.
Ex libr. incerti autoris de vita S. Joannis archiepiſc. Ebor. ſive de antiquitate Beverlacenſi, quem in 3. diviſit partes. 99.
Ex libello adjuncto de præpoſitis Beverlac. 103.
Ex vita D. Joannis, archiep Ebor. autore Folchardo Durovernenſi. 104.
Ex libro Gulielmi, clerici Beverlacenſis, ad Thomam præpoſitum de miraculis Joannis, Ebor. archiepiſcopi. 104.
Ex libro fratris Hugonis monachi de Kirkeſtal de fundatione Fontanenſis monaſterii ad Joannem abbatem de Fontibus. 105.
Ex libro de vita S. Wilfridi. 109.
Ex libello de privilegiis ab Æthelſtano rege Ripenſi eccleſiæ conceſſis. 110.
Ex vita Wilfridi, autore Petro Bleſenſi. 110.
Ex revelatione Eliſabethæ virginis ſacræ Sconaugiani monaſterii diœceſis Trevirenſis. 111.
Ex libro cujuſd. monachi S. Albani de vita S. Oſwini. 113.
Ex libello de tranſlatione S. Oſwini. 114.
Excerpta ex regiſtro Henr. Prioris Cant. Quæ quidem excerpta ad archiepiſcopos Cant. maximam partem ſpectant. 116.
Nomina Sanctorum requieſcentium in Cantuar. eccleſ. 119.
E quodam regiſtro, ſive indice bibliothecæ Cantuar. 120.
Explication of ſome Saxon Names, with a note of Mr. Talbote's in the Front of Oroſius's Hiſtorie. 121.
Owte of an old Saxon booke caullid of ſumme the old Engliſch Hiſtorie, with certain notes by Mr. Talbote. 122.
Ex genealogia comitum Verovicenſium. 125.
Hippolitus Ovidianæ Phædræ reſpondens, Auctore Joanne Shepreve, è Coll. Corp. Chriſti Oxon. 128.
Sententiæ ex antiquis ſcriptoribus. 129.
Ex antiquiſſ. Dictionario Latino-Saxonico. 134.
E bibliotheca Eliotæ. 136.
Guldeford, Waverley, Hida, Sudwic, & mon. S. Dionyſii, & de codd. MSS. in hiſce locis. 148.
Letley, Bellus locus, Chriſtes Chyrche Twynham, Twynburne, Abbateſbyri, & codd. MSS. illic. 149.
Shireburne, Mons acutus, Forda, Neunam, Dunkeſwel,

& codd. MSS. illic. Pag. 150.
Codd. MSS. in bibliotheca canonicorum & in bibl. apud Prædicatores Exoniæ; item in bibl. de Totenes. 151.
Codd. MSS. in bibl. de Bukfeſt, Plymton, & Taveſtoke. 152.
Ex vita Rumoni. 152.
Hartland. Ex vita S. Nectani. Barſtable, Clyffe. Codd. MSS. apud Tawnton. Glaſtenbyri, & codd. MSS. ibi. 153.
Ex charta quadam rotunda de laudibus Arturii. 154.
Epitaphium Arcturi. 154.
Codd. MSS. in bibl. de Wellys. 155.
Codd. MSS. in bibl. de Bathe. 156.
Codd. MSS. in bibl. de Malmeſbyri. 157.
Ex libro antiquitatum Meldunenſis cœnobii. 157.
De Ciceter, Cirenceſter, ſive Churnceſter, & de codd. MSS. in bibliotheca monaſterii. 158.
Gloceter & Lantony, codiceſque illic. MSS. 159.
Codd. MSS. apud. Tewkeſbiri, Wyceter, Perſore & Eoveſham. 160.
Codd. MSS. apud Wyncheleſcumbe, Hayles, Bruern, Egneiſham, Stratéford, Marten, & Waltham. 161.
Codd. MSS. apud Coggeſhawle, Colcheſter, & Byri ſive Bederycheworth. 162.
Ex vetuſtiſſ. codice Salluſtii. 162.
Codd. MSS. apud Hely, Walden, & cœnobium S. Albani. 163.
Ex libro de geſtis Offæ regis. 163.
Ex libro de geſtis abbatum S. Albani, quem ſcripſit Matthæus Pariſienſis. 164.
Ex antiqua tabula. 167.
Ex quadam hiſtoriola è Gallica ling. in Latinam verſa. 167.
Quædam de monaſterio S. Albani, & de Verulamio. 168.

---

## VOL. V.

JOannis Lelandi Antiquarii Codrus, ſive Laus & Defenſio Gallofridi Arturii Monumetenſis contra Polydorum Vergium. Ex Autographo. Pag. 2.
Ejuſdem Aſſertio inclitiſſimi Arturii, regis Britanniæ, 11.
Ejuſdem Elenchus & Explicatio antiquorum nominum in dicta Aſſertione. 65.
Ejuſdem Εγκώμιον τῆς εἰρήνης, ſive Laudatio pacis. 69. [Carmen hoc recudendum curavi è Codice quem mihi dono dedit vir amiciſſimus, & nominis Lelandiani cultor ſummus, Thomas Barnwell, A. M. & Ædis Chriſti alumnus. Iſte vero Codex olim erat viri celeberrimi Abrahami Ortelii, ut ex ipſius ad initium, propria manu ſcripto, nomine comparet. Cui nimirum ipſe Lelandus, ut videtur, donaverat.]

Ejuſdem Principum, ac illuſtrium aliquot & eruditorum in Anglia virorum, Encomia, Trophæa, Genethliaca, & Epithalamia. 79.

Illuſtrium aliquot Anglorum Encomia per Thomam Newtonum Ceſtreſhyrium. 168.

Richardi Parkeri Σκελετὸς Cantabrigienſis, nunc primum editus è Bibl. V. Prænobilis D. Philippi Sydenhami, Baronetti. 185.

Vita Gulielmi Chappel epiſcopi Corcagienſis & Roſſenſis, à ſeipſo conſcripta, ex ead. bibliotheca nunc demum edita. 259.

Ludovici Savoti, Galliarum regis medici, de raris & communibus Imperatorum Romanorum nummis judicium, interprete & abbreviatore Patricio Junio. E Collectaneis Smithianis penes Editorem. Accedunt ex iiſdem Collectaneis Epiſtolæ aliquot doctiſſimi Langbainii, una cum Excerptis pauculis è Cod. antiquo Bodleiano. 269.

---

## VOL. VI.

THE great feaſt at the Intronization of the reverende father in God George Nevell, Archbiſhop of York, and Chaunc. of Englande, in the ſixth Year of the raigne of Kyng Edwarde the fourth. Out of an old Paper Roll. Pag. 2.

The ſervice to the Baron-biſhop within the cloſe of Yorke. Out of the ſame Roll. 7.

Several Obſervations about the Prizes of Corn and Wine, and about Proviſion for the Poor. Out of the ſame Roll. 14.

Intronizatio Wilhelmi Warham, archiepiſc. Cantuar. anno Henrici 7. viceſimo. ex ead. Rot. 16.

Fees at the Feaſt of the ſaid Intronization, with other things of the ſame kind, particularly a Note about Matth. Parker. out of the ſame Roll. 32.

Convivium in inſtallatione Radulphi de Bourne, Abbatis S. Auguſt. Cant Anno domini 1309. & domini Reg. Edwardi ſecundi 2°. ex ead Rot. 34.

A Dietarie, or ſeveral things about the Prizes of Victuals, with Injunctions for temperate living out of the ſame Roll. 36.

A note of the Publiſher's relating to this Roll. 39.

Verſis written by Thomas Brooke Gent. in the tyme of his impriſonment, the daye before his deathe, who ſufferyd at Norwich, the 30. of Auguſt 1570. Out of the ſame Roll. 41.

The firſt foundation of the Collegiate Church of bleſſed John of Beverley, out of a MS. Paper in the Hands of the learned Roger Gale, Eſq; 43.

De primo Volumine Monaſtici Anglicani epiſtola, Auctore v. cl. Radulpho Bathurſto, M. D. Coll. SS. Trinitatis in Academia

demia Oxonienſi non ita pridem Præſide. E muſéo viri clariſſ. Arthuri Charletti, S. T. P. Collegii Univerſitatis Magiſtri digniſſimi, bonarumque litterarum fautoris ſummi. 45.

A View of the [Parliamentary] Mitred Abbeys, with a Catalogue of their reſpective Abbats, by Browne Willis of Whaddon-Hall near Fenny Stratford in Buckingham-ſhire, Eſq;. To which are præfixed ſome Præliminary Obſervations by the Publiſher. 51.

Joannis Lelandi Antiquarii Bononia Gallo-Maſtix. E muſéo viri doctiſſ. P. Vlamingi Amſtelodamenſis ab Amico ornatiſſ. & de re antiquaria præclare merito Thoma Rawlinſono, armigero, nobiſcum communicata. 264.

A Letter to the Publiſher from the learned Roger Gale, Eſq; occaſioned by his [the ſaid Mr. Gale's] *Eſſay towards the Recovery of the Courſes of the four great Roman Ways*, printed in the Sixth Vol. of Leland's Itin. 273.

Editoris Notæ in totum hoc opus. 277.


Editoris item Index eorum, quæ Lelandi Collectaneis & Appendice ſubjuncta continentur. 313.

# JOHANNIS LELANDI *LONDINENSIS*, ANTIQUARII DOCTISSIMI & GRAVISSIMI, COLLECTANEA.

Ex variis Authoribus, Chronologis, Manuſcriptis, Archivis, Cartis antiquis, Monumentis publicis & privatis excerpta, hîc propria authoris manu exarata, & in quatuor volumina digeſta, quæ ſi mors inopina vitam non præripuiſſet, in meliorem eſſent ordinem redacta.

Quæ omnia cum mihi Willielmo Burton Lindliaco Leiceſtrenſi ex dono conſanguinei mei chariſſimi Thomæ Purefey de Barwell com. Leic. armigeri poſt mortem ejus an. 1612. obveniſſent, ne authoris nomen, tam optime de Britannia merentis, aut lectori ignotum, aut penitus ſepultum eſſet, & ut unicuique pateret, quis opus congeſſit, & quis penna ſcripſit, operæ pretium duxi præ foribus hujus operis hunc titulum præfigere, vitamque authoris cum corollario in folio ſequenti adjungere.

Tomus primus.




Faledſt 1612.

## *Vita* Johannis Lelandi *ex Johannis Balei Centuriis, Cent.* 8. *fol.* 671.

JOannes Lelandus Antiquarius, inclytæ Londinenſis urbis indige a, omnium, quos præterita ætate Britannia nutrivit, rerum ſuarum ſtudioſiſſimus, patriam omnem exquiſitiſſimis laboribus adornavit. De ejus ingenii & doctrinæ amplitudine non eſt quod hîc dicam, quum opuſcula plura, tam proſa quam carmine ab ipſo feliciter edita, in omni diſciplinarum genere Græce & Latine, atque in multis aliis linguis eruditiſſimum fuiſſe teſtentur. Sub Sylvio quodam Lutetiæ Pariſiorum ſtuduit: & alibi locorum, ſub præceptoribus ſemper optimis. Antiquitatis Brytannicæ fervidus amator, ac diligentiſſimus perſcrutator, vetera totius inſulæ monumenta, magna ubique induſtria & cura perluſtravit, ac quaſi ex ſilice flammam diſquiſivit, ut ipſam illuſtraret. Incognita locorum & rerum ex nimia vetuſtate vocabula prima per antiquos ac fide dignos authores revocavit: & quo facilius intelligerentur, tam originalibus quam nunc uſitatis explicuit illa nominibus. Exoletos ſeu ab uſu remotos, atque adeo in oblivione pene ſepultos, Brytannicos authores, hic ſolus reſuſcitavit, ut dignam haberent ex ſplendidis factis & ipſi memoriam. Nihil præterea omiſit, ex aliarum nationum ſcriptis aut linguis, quod ad natalis ſoli ornamentum quoquo modo faceret: quaſi ad communem ejus tum commodum dum decorem fuerit natus. Compoſuit vero Lelandus adhuc adoleſcens, Muſarum amore flagrans,

| | | |
|---|---|---|
| *Encomiaſticon,* | *Lib.* 1. | |
| *Sales & jocos,* | *Lib.* 1. | |
| *In declamationes Quintiliani,* | *Lib.* 1. | *Video quam arduam rem aggrediar.* |
| *Panegyricon ad Cardinalem,* | *Lib.* 1. | *Dicturo de tuis laudibus ampliſſ.* |
| *In coronatione Annæ,* | *Lib.* 1. | *Cæſariem Tameſis redimitus.* |
| *Epigrammata quædam,* | *Lib.* 2. | *Dulcia quæ vaſto meditaris.* |
| *Funebre carmen,* | *Lib* 1. | |
| *Cygneam cantionem,* | *Lib.* 1. | *Tanta eſt tui nominis cum cele.* |
| *Commentarios in eandem,* | *Lib.* 1. | *Conqueritur ſtudioſorum chorus mul.* |
| *Genethliacon Eduuardi princ.* | *Lib.* 1. | *Scripſimus Eduuardi natalem pri.* |
| *Syllabum antiquarum dictionum,* | *Lib.* 1. | *Abrefraum, Brytannice Aberfrau.* |
| *Commentarios in Martialem,* | *Lib.* 1. | |
| *Aſſertionem Arturii regis,* | *Lib.* 1. | *Cura ſemper merito maxima.* |
| *Elenchum antiquorum nominum,* | *Lib.* 1, | *Abrinus, ab Abro Britannico vocæ.* |
| *Nænias in mortem Thom. Viati,* | *Lib.* 1. | *Accipe regnorum comes illuſtriſſ.* |
| *Bononiam Gallomaſtigen,* | *Lib.* 1. | *Maxima nuper erat clarus.* |
| *Itinerarium Cantiæ, ad Hen.* | *Lib.* 1. | |
| *Ad Henricum regem de ſuo itinere,* | *Lib.* 1. | *Ubi tuæ celſitudini viſum fuerit.* |
| *Laudationem pacis,* | *Lib.* 1. | *Martia bella canant alii, gladioſque.* |
| *Antiquitates Britanniæ,* | *Lib.* 1. | *Ex primo libro antiquitatum Bero.* |
| *Deſcriptionem Angliæ,* | *Lib.* 1. | *Hæc pars tenui freto ab occident.* |
| *Hiſtoriam univerſalem,* | *Lib.* 50. | |

| | | |
|---|---|---|
| *De viris illuſtribus,* | *Lib.* 4. | *Druidæ genus hominum tum antiquis.* |
| *Errores ex Polydoro,* | *Lib.* 1. | *Beda, ignarus antiquitatis Brytan.* |
| *Ex Hectore Boetio,* | *Lib.* 1. | *Joannes à vado boum, unus ex ſcript.* |
| *De titulo regis ad Scotiam,* | *Lib.* 1. | *Lucis uatura talis eſt, quod.* |
| *Dictionarium Brytannicolatinum,* | *Lib.* 1. | |
| *Pygmeomachiam,* | *Lib.* 1. | *Bella per extremas canimus.* |
| *Ad Annam Cliveuſem,* | *Lib.* 1. | *Ut Libano cedrus fœcundo.* |
| *De ſua peregrinatione,* | *Lib.* 1. | *A Grantæ Girviorum ad Eltiſlegam.* |
| *Collectanea ejuſdem,* | *Lib.* 1. | *Joannes Rourſe, Capellanus Cant.* |
| *De pontificibus Brytanniæ,* | *Lib.* 1. | |
| *Ad viros eruditos,* | *Lib.* 1. | *Regia cum lætis floreret Roma.* |
| *Antiphilarchiæ dialogum,* | *Lib.* 1. | *Quis hic eſt? quem propter amœnas.* |
| *Pro pace inter Papam & Cæſarem,* | *Lib.* 1. | *Non videor mihi non citra.* |
| *Contra Polydori defenſorem,* | *Lib.* 1. | *Multi ſe credunt inſigniter.* |
| *De inſulis Brytanniæ,* | *Lib.* 6. | |
| *De imperio Anglorum in Scotos,* | *Lib.* 1. | *Giraldus in inſtitutione princip.* |
| *De nobilitate Britannica,* | *Lib.* 3. | |
| *Vitam Sigeberti regis,* | *Lib.* 1. | |
| *De academiis Brytannicis,* | *Lib.* 1. | |
| *De origine & incremento literarum* | *Lib.* 1. | |
| *Epitaphiorum * multorum,* | *Lib.* 1. | |
| *Antiphilarchiam in Pighium,* | *Lib.* 1. | |
| *De topographia Britanniæ,* | *Lib.* 1. | |
| *De vetuſtis nominibus,* | *Lib.* 1. | |

*Atque alia multa.* Quod ex ſubita mentis deturbatione, cerebri vitio, furore, triſtitia, vel alio quocunque immoderato animi affectu, in amentiam aut phreneſim inciderit, lugere certe debet, quiſquis patriæ ſtudium inter virtutes connumerat. Obiit Londini, vir (ut Sigiſmundus Gelenius ſcribit) feliciori valetudine dignus, anno ſalutis noſtræ 1552. die 18. † Aprilis, ſub rege Eduuardo ſexto. Non modicam hujus operis partem ex hoc authore deſumpſi. De quo ſic ſcribitur:

*Quantum Rhenano debet Germania docto,*
*Tantum debebit terra Brytanna mihi.*
*Ille ſuæ gentis ritus & nomina priſca,*
*Æſtivo fecit lucidiora die.*
*Ipſe antiquarum rerum quoque magnus amator,*
*Ornabo patriæ lumina clara meæ.*
*Quæ cum prodierint niveis inſcripta tabellis,*
*Teſtes tum noſtræ ſedulitatis erunt.*

* Utinam iſta, qualiacunque demum fuerint, videre liceret. Non alia erant, ni fallor, ab iis quæ hinc inde, per varias Angliæ partes, colligebat. Multa proculdubio ad civitatem pertinebant Londinenſem. Nonnulla forſitan poſtea nactus eſt cl. Weeverus. Conjecerim etiam vel omnia, vel maximam eorundem partem, ad Stovei perveniſſe manus. Atque hanc conjecturam firmat amiciſſimi Bagfordii, quam edidi, epiſtola. † Ita in Balei Codd. impreſſis. Sed plenius Burtonus, viz. *Aprilis an. 6. regni regis Edwardi ſexti: ſepultus in templo Sancti Michaëlis ad Bladum juxta templum Cathedrale D. Pauli Londini. Non modicam, &c.*

Corolla-

## *Corollarium vitæ* JOHANNIS LELANDI *per me Willielmum Burton.*

JOhannes Lelandus cum poſt multos annos in optimis ſtudiis navatos in Anglia & partibus tranſmarinis tam doctrinæ & eruditionis, quam religionis ſynceræ teſtimonia edidiſſet, sereniſſimus rex Henricus octavus hæc ſæpe & ſedulo animadvertens, elegit hunc in numerum ſcholarium, annuiſque ſtipendiis donavit *; Cumque inter ceteras naturæ animique inſignes dotes ardentem fervorem, inſitumque genium in ſcrutandis & indagandis antiquis & arcanis obſervaſſet, ex ſpeciali gratia & mero motu anno regni ſui 25. an. 1533. diploma ei regium conceſſit, per quod liceret per omnia regna & ditiones ſuas ſpatiari, & antiquitates omnes, ſcripta, recorda archiva & quæcunque monumenta notatu digna in ſingulis bibliothecis, collegiis ſodalitiis, clauſtris, cœnobiis, baſilicis, monaſteriis, aliiſque locis quibuſcunque diligenter & fideliter rimari & perſcrutari. Mandato cujus propoſitum ſuſcepit iter, & per ſpatium ſex annorum per univerſas fere Angliæ partes non ſine labore gravi & ſumptibus maximis peregrinatus eſt, quo tempore, ut de ſe in epiſtola quadam, dicto regi Henrico ſcripta, ipſemet teſtatur, nullum fuit per univerſum hoc regnum, promontorium portus vel ſinus, flumen, rivus, fluxus aquarum, æſtus, lacus, incurſio undarum, palus, mons, valis, planities, ericetum, foreſta, ſaltus, ſylva, civitas, municipium, burgum, caſtellum, oppidum, villa, pagus, collegium, cœnobium, abbathia, monaſterium, ædes, manerium, prædium, vel locus aliquis notatu dignus, quem ille non vidit, & quæcunque ibidem obſervanda eſſent non annotavit. Quibus in locis, & quam longe profectus eſt, hæc collectanea ſatis demonſtrabunt. Quæ omnia, ſicut in animo plane eſſet, vellet analytice in partes ſuas diſtribuiſſe, primumque intendit in magna tabula chorographica totum regnum Angliæ una cum inſulis adjacentibus delineaſſe, topographicamque deſcriptionem eidem inſeruiſſe, & nomina antiqua Britannica, Romana, & Saxonica modernis ſtationibus applicaſſe; poſt in 50. libris ſecundum numerum comitatuum, ſingulas antiquitates, monumenta, & hiſtoricas enarrationes deſcripſiſſe, demonſtrando origines, ortus, incrementa & facta memoranda cujuſlibet ci-

* [a] In collegio Chriſti in Cantabrigia, ubi bonis artibus operam dedit, (vide 4. tomum in vita Sigeberti Orientalium Anglorum regis) poſt Oxonii in collegio Omnium Animarum, ut accepi per Tho. Allein aulæ Glouc. Oxon.

[a] Hæc verba in margine ſunt etiam à manu Guilielmi Burtoni. Nonnulli vero qui exſcripſerunt non notam eſſe marginalem monuerunt, ſed in ipſum textum receperunt.

vitatis caſtelli & oppidi in qualibet provincia; tunc deſcriptionem inſularum Britannicarum, & ultimo tres libros nobilitatis Anglicæ adjunxiſſe. Quæ ſingula in epiſtola quadam eidem regi Henrico dedicata ſic perficere promiſit. Sed cum hoc rude chaos & pergrandis acervus digerendus & in ordinem methodicum redigendus eſſet, num vel ſui diffidentia, non perficiendi hæc magna quæ pollicitus eſt laborans, vel terrore immenſitatis tantæ & tam vaſtæ molis devictus, confuſo & vitiato cerebro è poteſtate mentis ſuæ decidit, & phrenetica mania an. 1552. [a] 6. E. 6." (quod lugendum ſane) expiravit. Quod cum regi Edwardo ſexto innotuiſſet, (neque enim tanta viri delituit dignitas, utpote cui non multum antea Genethliacon ejus dedicaſſet) præcepit Johanni Cheke militi, didaſcalo ſuo, ut illico bibliothecam ejus ſpecularetur, & omnia ejus opera manuſcripta ei [b] adferret; quæ omnia idem Johannes Cheke mandato regis ſecum abduxit, & penes ſe retinuit. Poſt mortem domini Cheke plurima eorum devenerunt ad honoratiſſimos Willielmum Baronem Paget & Willielmum Cecill Baronem de Burghley, maritum ſororis dicti Johannis Cheke. Hæc tantum quatuor volumina in manus reverendiſſimi Humfredi Purefey [c] Ar." conſanguinei mei nuper de conſilio illuſtriſſimæ Elizabethæ reginæ in partibus borealibus inciderunt, ex dono dicti Johannis Cheke, a cujus filio Thoma Purefey ego dono accepi 1612.

[a] 6. *Ed.* pro 6. E. 6. male habent alii. [b] Ita plane in Cod. MS. non, ut alii, *referret*. [c] Ita ſane in Cod. MS. *Ar.* perperam omiſerunt alii.

J O-

# CONTENTS

## OF

# THE ADDITIONAL PIECES IN THIS EDITION.

## VOL. II.

DE Jocalibus Abbatis de Redyngg, Regi Edwardo III°. Pro Expeditione ſuorum Negotiorum mutuo datis. Ex Rot. Pat. de Anno 12mo ejuſdem Regis. 625

The Preparations at Oxford in Auguſt 1605, againſt the coming thither of King James, with the Queen and young Prince, together with the Things then and there done, and the Manner thereof. 626

Superſtitious Practices prevailing in Wales in the Year 1589. 648

A Diſcourſe of Sherborne Caſtell and Mannor. 651

Copy of a Warrant from the Privy-council, enabling Sir Edward Dering, Bart. to have Acceſs to the publick Records, and to take any Notes or Tranſcripts of them without paying any Fee for the ſame. 653

Copy of a Warrant from Lord Treaſurer Wincheſter for the Records of Parliament and Chancery to be delivered into the Tower in order to be digeſted. 655

Copy of a Warrant to the Maſter of the Rolls for ditto. 656

A Deſcription of Thornbury Caſtle. 658

Probatio Ætatis Johannis Holland, Filii Comitis Huntingdon. 662

Baptizatio Reginæ Elizabethæ 663

The Marriage of Lord Ambroſe Sutton, Earl of Warwick, to Lady Ann, Daughter of Francis Ruſſel, Earl of Bedford. 666

Ceremonial of the Chriſtening of King Edward VI. 670

Licence for Dr. Gwent to wear his Bonnet in the King's Preſence. 678

Ditto for Dr. Loyd. 679

De Oblationibus Regis et Reginæ in Diebus Feſtis. Ex Manuſcripto in Bib: Cotton. 680

The Hiſtory of Framlingham Caſtle. 6[illegible]

An Account of the principal Monuments in Framlingham Church. 685

The Maner of the Chriſtening of the Child of the Lady Cicile, Wife to John Erle of Eſte Frieſeland, and Siſter to Eryke King of Sweeden. 691

The State of the Town of Kidwillie in South Wales, in the Reign of Q. Elizabeth, with a Plan for its Improvements. 679

The Names of the Lords and Gentlemen of Englond being at the Mariage of the Right Excellente Princeſſe the Lady Mary, Suſter to the King our Soveraigne Lord King Henry the Eight. 701

---

## VOL. III.

DE Jocalibus deputatis Feretro Beatiſſimi Regis Edwardi in Monaſterio Weſtmonaſterienſi. Ex Rot. Pat. de 51^mo^ Hen. III^tii^. 171

Ordinaunces by Margaret Counteſſe of Richmond and Derby, as to what Preparation is to be made againſt the Deliveraunce of a Queen, &c. 179

A ſhorte and brief Memory of the Firſt Progreſſe of King Henry the VII. after his noble Coronacon. 185

The Chriſtening of Prince Arthur, and King Henry VII's Progreſs to Canterbury. 204

The Cerimonial of the Coronation of Lady Elizabeth, Wife to King Henry VII. 216

The Celebration of the Feaſt of Chriſtmas by King Henry VIIth in the 3d year of his Reign. 234

The Celebration of the Feaſts of Eaſter and St. George. 238

The Celebration of the Feaſt of Witſontide, &c. 243

The Celebration of the Feaſt of Eaſter by King Henry VII. in the 4th Year of his Reign. 246

The Ceremonies of Q. Elizabeth, Wife to K. Henry VII. taking her Chamber. 249

The Creation of Arthur Prince of Wales. 250

The Solemnity of the Chriſtening of Princeſs Mary, afterwards Q. of France. 253

The Fyancells of Margaret, eldeſt Daughter of King Henry VII. to James K. of Scotland: Together with her Departure from England, Journey into Scotland, her Reception and Marriage there, and the great Feaſts held on that Account. 258

Rules

Rules to be obſerved in the Chriſtening of a Prince or Princeſs, and in the Dreſſing of the Nurſery. 301
Funeral of K. Henry VII. 303
The Proceſſion of K. Edward VI. from the Tower to Weſtminſter, and the Solempnitie of his Coronation. 310
Carta Fundationis Hoſpitalis Sanctæ et individuæ Trinitatis in Cloune in Com: Salop. 334
Carta Confirmatoria. 343
The Statutes of the ſame Hoſpital. 347
The Conſecration of the Chapel of Wyke-Chamflower, in the Pariſh of Brewton, in Somerſetſhire, 1624. 384
The Petition of the Town of Cambridge to be made a City. 394
Letter to K. James from the Univerſity of Cambridge, in Oppoſition to the Petition of the Town of Cambridge. 396
King James's Anſwer to the Univerſity. 397
The Marriage of Q. Mary unto Phillip Prince of Spayne, Son of Charles the 5th Emperour, in the Cathedrall Church of Wincheſter, on Wenſday 20th of July 1554. 398

## VOL. V.

THE Entierment of the Moſt Highe, Puyſſant, and Moſt Excellente Princes Mary the Firſt of that Name, late Q. of England, &c. 307
An Account of the Ceremony of the Marriage between Frederick Count Palatine of the Rhine and the Princeſs Elizabeth, eldeſt Daughter of K. James 1ſt. 329
An Account of the Ceremony of the Marriage of William, only Son of Frederick-Henry Prince of Orange, and Mary, eldeſt Daughter of K. Charles I. 337
The Departure of the Princeſs Katherine out of Spaine, together with her Reception in England by K. Henry VII. and her intended Huſband Prince Arthur. 352
A Narrative of the Juſts, Banquetts, and Diſguiſings, uſed at the Intertaynement of Katherine, Wife to P. Arthure, eldeſt Sonne to K. Henry VII. 356
An Account of the Death and Interryement of P. Arthure. 373
An Hiſtorical Account of the Maſters of Pembroke Hall in Cambridge, with a Liſt of the Fellows of the ſame. 382

# *JOANNIS LELANDI*

## ANTIQUARII

## De Rebus BRITANNICIS

# COLLECTANEA.

☞ Numeri, quos in margine collocavimus, Autographi paginas denotant.

*Ex libro autoris incerti nominis, ſed monachi, ut colligo, Petroburgenſis, de martyrio Wulfadi & Rufini filiorum Wulpheri.* Pag. 1.

WULPHERUS rex Merciorum baptizatus à Finnano.

Ermenildis filia . . . . . regis Cantiæ nupſit Wulphero, à quo Wulfadum & Rufinum genuit.

Wulpherus factus rex Merc: à fide lapſus eſt conſilio Werbodi, qui ei erat in regno tanquam ſecundarius.

Hic Verbodus Werburgam, filiam Wulpheri & Ermenildis, in uxorem petiit: ſed virgo eum omnino contempſit conſilio matris.

Wulfadus cervum in ſylvis perſequens, venit ad oratorium S. Ceddæ, ubi fons erat quem recta petiit cervus.

Wulfadus baptizatus à Cedda in fonte ad quem confugerat cervus.

Reverſus Wulfade ad Wulferceſtre, caſtrum patris ſui, Rufinum fratrem ſuum ad Ceddam nomine venationis perduxit.

Rufinus baptizatus à Cedda eodem fonte quo frater.

Wulfadus & Rufinus fratres germani perſuaſerunt Ceddæ ut oratorium ſuum propius Wulferceſtre admoveret.

Werbodus Wulfadum & Ruſinum apud patrem acceptæ fidei accuſavit.

Wulpherus conſilio Werbodi clam venit ad oratorium

Ceddæ, & ibi inveniens ejus filios utrumque ſua manu interfecit 10. Cal. Aug.

Werbodus maligno correptus ſpiritu obiit.

Ermenildis regina corpora filiorum ſuorum in uno ſaxeo ſarcophago condidit.

Proceſſu vero temporis Ermenildis venuſtiori opere de lapidibus eccleſiam ibidem fabricari fecit.

Multitudo quærentium dominum conſuevit locum illum frequentare, & ad ædificium lapides illuc deportare, unde & locus ille Stanes nuncupatur, id eſt, lapides Latine.

Cedda, interfectis Wulfado & Rufino, ad vetus oratorium ſe contulit.

Wulpherus rex, pœnitentia ductus, oratorium Ceddæ conſilio Ermenildis petiit.

Wulpherus rex vidit in oratorio ſolarem radium ſuſtinentem ſacras Ceddæ veſtes.

Wulpherus poſtea ſuper eundem radium chirothecam & baltheum poſuit, quæ ſtatim ceciderunt.

Wulpherus fana idolorum in toto reguo ſuo deſtruxit, eccleſias congruis in locis extruxit, monaſteria utriuſque ſexus plura & præclara ædificavit ac amplis poſſeſſionibus ditavit, inter quæ illud nobile monaſter: de Medeſhampſtede prædiis & poſſeſſionibus ditavit, quod ob facinus in filios commiſſum ſpecialiter fundaſſe perhibetur, quod hodie Peterſburge, id eſt, civitas S. Petri, nominatur.

In illo autem loco vocabulo Stanes, ubi corpora Wulfadi & Rufini ſepulta ſunt, collegium canonicorum regular: divinis obſequiis mancipatur.

Procurator collegii de Stanes Romam petiit, deferens ſecum caput S. Wulfadi, obtinuitque ut Wulfadus & Rufinus in catalogo Sanctorum ſcriberentur.

Procurator caput S. Wulfadi Viterbii in eccleſia S. Laurentii reliquit.

*Ex libello quodam incerti autoris de rebus à viris & * fœminibus illuſtribus geſtis.*

Frater Wolpherii regis Menwardus ex Ermenburga, filia Ermenredi, fratris Eorkenberti, habuit filias ſanctas Wuldricam, & Milburgam. Quarum prima in cœnobio S. Auguſtini Cantuariæ, altera apud Wenloc requieſcit.

Pag. 2. *Ex libro Hugonis monachi Petroburgenſis de rebus geſtis † Petroburgen.*

Eſt nobile monaſter: in regione Girviorum quod quondam Medeſhamſtede, nunc conſuete Burg, vocatum.

ch (interlinear, above "Burg")

* *Sic.* † *Sic.*

Gyrvii

Gyrvii vocantur hii qui juxta paludem, vel infra paludem, habitant. Girvii.

Gyr Anglice profunda palus. Gyr.

Rameſienſes, Crulandenſes, Thorneienſes, & alii intra paludem habitant, ad quos accedi nullo modo, niſi navigio, poteſt, præter ad Rameſiam ex una parte laborioſe operatam.

Ely autem eſt inſula in [a] eiiſdem finibus conſtituta, ſeptem milliaria longa, & totidem lata, continens in ſe 22. villas, undique paludibus & aquis circumdata, ſed 3. tamen pontibus honorata. Ely.

ch

Burg vero in regione Girviorum eſt [b] fundatus, quia ibi incipit eadem palus in orientali parte, quæ per milliaria 60. vel amplius durat. Peterburgh.

In palude accipiuntur ligna & ſtipula ad ignem, fenum ad pabulum jumentorum, & coopertorium ad domos cooperiendas. Eſt etiam ferax avium & piſcium. Sunt etiam ibi maxima ſtagna piſcoſa.

ch

Burg ex omni parte terra acceſſibilis præterquam ab oriente.

Nen flu: præterfluit ex auſtrali parte Burgi. In hujus amnis medio eſt locus quaſi vorago, qui tam profundus & frigidus eſt, ut in æſtate nullus natantium ejus ima adire poſſit, nec tamen unquam in hyeme gelatum. Eſt enim ibi fons, ut dicunt, unde ebullit aqua. Hunc locum Medeſwelle antiqui appellaverunt, à quo primi fundatores ipſius monaſter: quia juxta monaſterium eſt Medeſhamſtede nominaverunt. Nam ſicut Ely à copia anguillarum, quæ in paludibus & aquis capiuntur, & Thorneia propter ſpineta ibi ſuccreſcentia, & Crulandia propter crudam terram ſunt dicta, ita Medeſhamſted ab illo loco, ſicut diximus, nuncupabatur. Nen flu. Ely. Thorney. Cruland.

Fuerunt 3. fratres Peada, Wulfer & Ethelrede ſinguli reges Chriſtianiſſ. filii Pendæ. Hii enim Burgenſe monaſter: cum ſuis ſororibus Kineburga & Kineſwitha, quæ ibi modo requieſcunt, & cum [c] Oſwino rege à fundamentis conſtruxerunt.

Anno D. 675. & ab Auguſtini adventu 58. mediterranea Anglia fidem ſuſcepit ſub principe & rege Peada biennio ante mortem Pendæ. Religio.

Cœpit Peada cum Oſwio rege, & cum devotiſſ: plebe, quæ nuper fidei ſacramentis erat imbuta, per Saxulfum virum potentiſſ. à fundamentis conſtruere. Immaniſſ. itaque lapides cœpit in fundamentis jacere, quales 8. paria boum vix unum traherent, quos & nos vidimus cum [d] eſſet" combuſtum & deſtructum eſſet ipſum monaſter:

[a] *Sic.* [b] *Sic.* [c] *Sic.* [d] *Delendum.*

Ælfleda filia Oſwii regis, fratris S. Oſwaldi, tempore feſti Paſchalis Peadam maritum ſuum valde nepharie prodidit & peremit.

Alfridus frater Ælfledæ duxit Kineburgam ſororem Peadæ in uxorem, quam & multum diligebat.

Wulferus regnum adeptus promovebat monaſterii opus à fratre inceptum una cum Ethelredo fratre ac ſuis ſororibus.

Saxulphus factus abbas Medeſhamſtedenſis.

Concurrerunt multi nobiles & clerici ad monaſter: de Medeſhamſted.

Limites terrarum Medeſhamſtedenſis monaſterii.

Ab ipſo Medeſhamſted ad Norburch; & inde uſque ad locum, quem vocant Folies; & inde totam paludem in directum uſque ad Eſendik; & de Eſendik ad locum, quem Fethermuth dicunt; & inde in directum uſque ad locum via decem leugarum, quem Cuggedic nominant; & inde ad
mu
Rageuuilc 5. milliariis ad magnum aquam quæ ducit ad [a] Elm Pag. 3. & ad Wiſebeche; & inde ſicut itur 3. leugis contra curſum magnæ aquæ ad Trechenholte, & de Trechenholt in directum per immenſam paludem ad Dereuorde longitudine 20. leugarum; & inde ad Greceſcros; & inde per unam pulchram aquam Beardanea nomine ſex leugis ad Paccelade; & ſic in mediis partitis ſtagnis plurimis & immenſis paludibus cum habitatoribus Huntedunenſis provintiæ, una cum ſtagnis & lacubus Scelfremere, Witleſmer & aliis quam plurimis ad hæc pertinentibus, cum terris quoque & manſionibus quæ adjacent in auſtrali parte [b] Scelfreme, & cum infra ſepta undique palude uſque ad Medeſhamſtede; & inde uſque ad Welmeſford; & de Wellemesford uſque ad Clive; & inde ad Eſtun; & de Eſtun ad Stanford; & de Stanford ſicut aqua decurrit ad ſupra dictam Norburch.

Eccleſia de Medeſhamſted prima eccleſiarum in illa parte ab Wulphero conſtituitur, & tanquam altera Romana, ut hîc Petrum qui Romæ non poſſent adorarent: & alia monaſteria, quæ ex ipſo conſurgerent, huic tanquam fœcundæ matris filias commendavit.

Saxulphus abbas, conſenſu Wulpheri regis Merciorum, monaſter: in ipſa ſubjacente heremo cum heremiticis cellulis conſtruxit in loco qui jam nomen acceperat Ancarig, i. e. Thorneia.

*Teſtis Donationis Wulpheri regis:*

Sigherus rex Auſtralium Saxonum ipſi regi Wulphero ſubjectus.

[a] *Sic in Autogr. cum duobus punctis ſub priore parte litteræ* m, *ac ſi* Eli *ſcribi debeat. In Mon. tamen Anglic. Tom.* I. *col.* 64. Elm *legitur.* [b] *Sic.*

Sebbi

Sebbi rex Orient: Sax: & ipſe quodammodo Wulphero ſubjectus.

Ethelredus frater Wulpheri regis.

Kineburga & Kineſwitha ſorores Wulpheri.

Deus dedit archiepiſcopus.

Ithamar Roſenſis epiſcopus.

Wina London: epiſcopus.

Jeruman Merc: epiſcopus.

Tuda epiſcopus.

Wilfridus & Eoppa preſbyteri.

Saxulphus abbas.

Et omnes comites ac principes totius Angliæ.

Sancitum eſt hoc privilegium Anno D. [a] 663.

Saxulphus abbas Medeſhamſtedenſis fit epiſcopus mediterraneorum Anglorum & Merciorum.

Saxulphus poſt ſuum principale monaſter. parturiit & ædificavit ſuffraganea cœnobia, [b] et et alias eccleſias tanquam hujus fœcundæ matris filias.

Habuit vero à ſuſceptione fidei gens [c] mediterraneum Anglorum ſub Peada primum epiſcopum Dyuma. (2.) Ceolach. (3.) Thrumhere monachum tempore Wulpheri. (4.) Jaruman. (5.) Ceddan. (6.) Winfridum. (7.) Saxulphum.

Depoſitus Winfridus à Theodoro archiepiſcopo pro quadam cauſa inobedientiæ. Conſenſu regis, & cleri, & populi Saxulphus electus eſt.

Succeſſit in abbat: Saxulpho Cuthbaldus.

Unde factum eſt ut ex ipſo monaſter: Medeſhamſtedenſi plura alia ſint condita, & de eadem congregatione monachi & abbates conſtituti, ſicut ad Ancarig, quod modo Thorneia dicitur, & ad Brikeleſwurthe, & ad Bredon, & ad Wermundeſey, & ad Repingas, & ad Wochingas, & ad plura alia.

Ethelredus ſucceſſit in reg: Merc. Wulphero fratri ſuo.

Agatho epiſcopus Ro: donationem & privilegia Medeſhamſtedenſis monaſter: confirmavit opera S. Wilfridi archiepiſcopi.

Medeſhamſtede declaratum primum omnium monaſteriorum à Tameſi flu: autoritate Agathonis epiſcopi Ro: aſſentiente conſilio 120. epiſcoporum anno D. 680.

Nomina eccleſiarum quæ appendebant monaſter: de Medeſhamſtede tempore Agathonis epiſcopi Ro: Bredon, Reping, Cedenac, Suineſheved, Hehanbyrig, Lodeſhale, Schuffenhalch, Coſtesforde, Stretforde, Weteleburne, Luſgerde, Ethelhuviglond, Barchanig.

[a] *In ora Codicis hæc verba ſcribuntur :* Q ? Nam fides ſolummodo ſuſcepta 675. ut fol. prox. *neſcio à qua manu.* [b] *Reponend.* ut &, *niſi forſan redundet poſterius* et. [c] *Sic in Aut. Malim* mediterraneorum.



Oſtryd

Oſtryd regina, & uxor Ethelredi regis Merc:

Pag. 4. Waldhere epiſcopus London:

Ceolredus Ethelredi regis filius.

Succeſſerunt Cuthebaldo abbati Medeſhamſtede Egbaldus, illique Puſe, eidemque Selredus, ipſi quoque Hedda. Cetera autem vel miraculorum inſignia, vel [a] quæque tunc temporis ſunt geſta, aut ſcriptorum neglegentia, aut perſecutionis tempore abolita noſtra latent ſecula, præter ea quæ in privilegiis ſunt ſcripta, in quibus & eorum nomina ſunt reperta.

Dani à provintia Northanhumbrorum incipientes omnia monaſteria monachorum & virginum cum monachis & virginibus per totam concremaverunt Angliam.

In hac procelloſa tempeſtate & ipſum famoſiſſ: monaſter: de Medeſhamſtede ſicut & [b] ceteri cum monachis igne conſumptum eſt. Et ſic ſtetit inhabitatum [c] 96. uſque ad adventum S. Ethelwoldi epiſcopi Ventanæ civitatis. Venienſque in provintiam ad ipſius monaſterii quondam poſſeſſionem Undala dictam, putanſque ipſum eſſe locum quem dominus ſibi demonſtraverat, quem aptum & idoneum ad hoc ipſum locum invenerat, cœpit conſtruere. Et ecce iterum ei dominus apparere dignatus eſt, monens ipſum ut per crepidinem ipſius alvei paululum progrederetur, donec ad ipſos parietes ipſius combuſti monaſterii perveniret. Qui lætus de viſione, & juſſa complens, repperit ibi in ipſa eccleſia ſtabula facta jumentorum & pecudum, omnemque locum ſpurcitia & immunditie repletum. Purgato autem loco Wintoniam rediit.

Regina . . . . . . uxor Edgari regis perſuaſit marito regi, ut Etholwoldo opem præberet in reſtauratione monaſter: de Medeſhamſtede.

Hoc tempore Adulphus, cancellarius Edgari regis, habens unicum filium, tantum eum dilexit, ut inter ſe & uxorem ☞ ſingulis noctibus collocaret. Parentes autem vino & ſomno obruti puerum ſuffocaverunt.

Pag. 5. Adulphus cancellar: pœnitentia facti ductus ſtatuerat Roman peregre proficiſci.

Sed poſtea conſilio Ethelwoldi epiſcopi Ventani votum mutavit, & ſe fortunaſque ſuas omnes reſtaurando monaſterio de Medeſhamſted convertit.

Aldulphus obtulit S. Petro haſtam plenam armillis extra [d] argentum˝, & variis ornamentis ad reædificationem eccl. S. Petri.

Parvo itaque tempore S. Ethelwoldus epiſcopus multitudinem fratrum ibi convocavit.

[a] *F.* quæcunque. [b] *An cetere?* [c] *Sic.* [d] *Supra hanc vocem aſteriſcum poſuit Lelandus.*

Adulphus

Adulphus cancellarius coram rege tonſus, ac monachus factus, & congregationi abbas datus.

Tunc quidem Edgarus rex cum ſuis optimatibus multa in auro, argento, & terris S. Petro obtulit.

*Ex charta Donationis regis Edgari.*

Ego Edgarus præſidens Magnæ Britanniæ.

Item terras noſtro adjutorio vel dono, vel optimatum meorum, per præfatum Ethelwoldum epiſcopum eidem monaſter: adjectas, quæ hîc ex parte titulantur, Baruue, Wermintune, Actun, Kyteringas, Caſtra, Æyleſuuorth, Waltune, Witheringtune, Ege, Thorp, & unum monetarium in Stanforde, in perpetuam libertatem concedimus. Concedimus etiam dimidiam partem ſtagni quod dicitur Witleſmer, per epiſcopum Æthelwoldum acquiſitam, cum omnibus ſcilicet aquis, piſcuariis, ſtagnis & paludibus attinentibus uſque ad hos terminos circumjacentes, quorum ſeptentrionalis eſt ubi primum intratur Merelade de amne Nen, orientalis ad Kingeſdelph, auſtralis ad Alduines barunne, qui locus eſt in palude contra medietatem viæ Ubbemerlade, orientalis ubi aqua de Opbece finitur ad terram; quæ omnia antiquitus ad illud ſacroſanctum monaſter: multo latius & longius pertinuiſſe probantur. Pag. 6.

Mercatum quoque conſtituimus in Burg ſingulare, ut nullum aliud habeatur inter Stanforde & Huntadune. Et ad illud damus perſolvique jubemus totum ſine contradictione teloneum; hoc eſt, primo de tota Witleſmere uſque ad teloneum regis quod jacet ad Hundrede ad Normanneſcros, & de Witleſmere ſicut Merelade venit ad aquam Nen, & inde ſicut aqua currit ad Welmesforde, & de Welmesford ad Staunforde, & de Stanford juxta curſum aquæ uſque ad Crulande, & de Cruland uſque ad Muſt, & de Muſt uſque ad Kingeſdelph, & inde uſque ad prædictum Witleſmere.

Sancitum eſt hoc privilegium anno D. 972°. & regni Edgari xvj°.

Alfherus, Æthelwinus, Brithnotus, & Oſlacus duces, teſtes Donationis.

*Hactenus ex charta Donat. Edgari.*

Nec ſuffecit eis ut ſolummodo Burch vocaretur, quin potius terris, auro & argento, diverſiſque rebus in tantum ditaverunt, ut eam merito Gildenburg, id eſt, auream civitatem, vocarent.

Kenulphus abbas Burgenſis.
Ælfſinus abbas Burgenſis.
Leofricus abbas Burgenſis.

Æſtune,

Æſtune, Flettune, Overton, Alwoltun, Oſgoteby villæ adjectæ poſſeſſionibus Burgenſis monaſterii tempore Edwardi 3. ante conqueſtum.

Brand monachus Burgenſis, & Aſkitellus, & Siricius ejus fratres dederunt monaſterio Burgenſi, Scottere, Scottune, Malmetun, Thorp, Walecote cum pluribus aliis.

Brandon abbas Burgenſis tempore Gul: conqueſtoris.

Ancarig, id eſt, anacoretarum inſula.

Thornig, id eſt, ſpinarum inſula. Huc enim non venitur niſi navigio ex una parte, ita palude concluſa eſt.

Pag. 7. Quem locum de Thornig Ethelwoldus pretio acquiſivit, & pari conditione monachis aptiſſimum delegavit, rectorem illis & abbatem Godemannum præponens. Conſtructum monaſterium dedicavit, & bonorum omnium poſſeſſione gratanter ditavit.

Ad huc Chriſti aquila Æthelwoldus expandit aureas alas ſuas, & plures alias eccleſias vel monaſteria conſtruxit vel reparavit in Anglia.

[Ely.] Elig inſula in provintia orient: Anglorum nomen accepit à copia anguillarum quæ ibi in paludibus capiuntur. Hic olim erat nobile cœnobium virginum, ſed poſtea locus erat fiſco regio addictus. Locum hunc emit Ethelwoldus epiſcopus Ventanus pretio non modicæ pecuniæ ab Edgaro rege, conſtituens in eo monachorum gregem non minimum, quibus ordinavit abbatem Brightnotum præpoſitum ſuum: & ejuſdem loci ſitum ædificiis decentiſſime renovavit, eumque terrarum poſſeſſionibus affluentiſſime locupletatum, & æternæ libertatis privilegio confirmatum, omnipotenti Domino commendavit.

Conſtruxerat quoque quendam locum vocabulo Abbendune ſibi commiſſum (non enim nocet ſi priora poſterioribus poſtponamus) congregavitque ſibi in brevi ſpatio gregem monachorum, quibus ipſe abbas, jubente rege Edredo, ordinatus eſt. In quo videlicet loco modicum antiquitus habebatur monaſteriolum; ſed erat tam neglectum ac deſtitutum vilibus conſiſtens ædificiis & 40. tantum * manſſas.

Dedit etiam rex poſſeſſionem quam in Abbendune poſſederat, hoc eſt, centum caſſatos cum optimus ædificiis, abbati & fratribus ad augmentum quotidiani victus, & de regio theſauro ſuo multum eos in pecunia juvit. Tantam gratiam Pag. 8. Dominus ſibi ſervientibus contulit, ut ad præfatum cœnobium, quod ante rebus erat pauperrimum, omnes ſimul divitiæ viderentur affluere.

Idem Ethelwoldus abbas hoc loco honorabile templum virginis Mariæ conſtruxit, & conſummavit.

* *L.* manſis.

Æthelwoldus

Æthelwoldus ex abbate Abbendun factus epiſcopus Winton. Hic canonicos ab eccl: cathedr: Winton: expulit & monachos ex Abbendune, permittente Edgaro rege, & auxiliante S. Dunſtano epiſcopo, induxit, quibus ipſe abbas & epiſcopus. Hoc tempore non habebantur monachi in gente Angl: niſi tantum qui in Gleſconia morabantur & Abbenduna.

Pari quoque modo Ethelwoldus epiſcopus, annuente Edgaro rege, canonicos de novo monaſterio Winton: expulit, illucque monachos introduxit regulariter converſantes.

Ethelgarus, Ethelwoldi diſcipulus, factus abbas monachorum Novi monaſterii Winton: Idem poſtea epiſcopus Auſtralium Saxonum. Et mortuo Dunſtano archiepiſcopus Cantuar.

In Abbendona vero Oſgarum pro ſe conſtituit abbatem, ditatuſque eſt locus ille 600. & eo amplius caſſatis. Inſuper & æternæ libertatis ſuffultus privilegiis, divina ſimul & regia autoritate conſcriptis, quæ laminis aureis ſigillata inibi uſque hodie conſervantur.

In tertio quoque Winton: cœnobio, quod Anglice Nunnaminſter appellatur, in honore S. Mariæ conſecrato, ſanctimoniales ordinavit, quibus matrem Etheldridam præfecit.

Mortuo Oſwaldo archiepiſcopo Ebor: Aldulphus abbas Burgenſis in eadem ſede ſucceſſit.

Et ne diu grex dominicus in Burch poſitus abſque paſtore fluctuaret, unanimi fratrum electione & regis Edgari abbas conſtituitur ac ordinatur Kenulphus, flos literalis diſciplinæ & torrens eloquentiæ, decus & norma rerum divinarum ac ſecularium. Jam vero ordinatus quanta diligentia & inſtantia, & quam bene ovile ſibi creditum rexerit, & quam mitem, & pacificum, & humilem ovibus ſe exhibuerit, & qua vigilantia curam paſtoralem exegerit, quanto ſtudio libros emendaverit, quam dulciter & libenter ad ſe venientes, vel ſecum morantes erudierit, quam dilectus deo & hominibus extiterit, quomodo monaſterium muro cinxerit, & res eccleſiæ ſuæ auxerit, non eſt noſtræ parvitatis explicare. Concurrunt cottidie tam ex longinquis, quam & de proximis finibus epiſcopi, clerici, & monachi, divites & mediocres ad ejus magiſterium, ad ejus, ut & quondam Salomonis, ſapientiam audiendam, donec poſt annum primum rapitur magis quam eligitur ad pontificatum Wintoniæ civitatis. [Obiit 1008.]

**Kenulphus abbas Burgenſis poſt Adulphum.**

**Pag. 9.**

Succeſſit in monaſterii regimine pari ſagacitate & virtute animi vir Ælſinus, & eccl: Petri 50. annis rexit. Hic per tres annos fuit cum regina Emma in Normannia, & corpus S. Florentini præter caput à monachis S Florentini de Bona valle, præ fame periclitantibus, 500. libris argenti emit, & ad Burch tranſmiſit.

Ælſinus abbas Burgenſis regem offenſum maxime & læſum

à quibuſdam monachis Rameſienſibus eum unà cum regina importunis precibus exoravit ne monaſterium Rameſienſe ſolo complanaret.

Ælſinus datam ſibi regendi monaſter: Rameſienſis poteſtatem in monachum ejuſdem cœnobii, ut pium virum decuit, tranſtulit.

In diebus hujus Ælſini abbatis erat eccleſia Kineburgenſis caſtri valde deſtructa, ubi Kineburga & Kineſwitha, filiæ Pendæ regis Merc: requieverant, quas monachi Rameſienſes ſummo ſtudio, & nocte & die inſiſtendo, auferre & ad ſuum monaſter: transferre cupierant.

Sed abbas Ælſinus cum Leofwino monacho & ſecretario Burgenſis cœnobii eas in eccleſiam Petri de Burch tranſtulerunt.

[Com. Rutland.] Idem Ælſinus tranſtulit * S. Tibbæ virginis de Rihale villa ad Burch.

Pag. 10. S. Ethelburga, uxor Edwini regis Northanumbr: jacet ſepulta apud Liming monaſterium una cum S. Edburga.

S. Ermengida amita Mildrithæ, filiæ Domnevæ, jacet apud Minſtre in Thenet.

S. Theodredus epiſcopus ſepultus London:

S. Selfridus abbas Gleſconienſis ſepultus Gleſton:

S. Vincentius martyr ſepultus apud Abbendune.

S. Ethelburga ſepulta Winton: in Nunnaminſter.

S. Ragaher rex ſepultus in Hamptune.

S. Ærdulphus rex ſepultus in Bredune, & monachi cum eo S. Cotta, S. Benna, & S. Frethericus.

S. Columba ſepultus in Higeealand.

Schelde-forde in citeriori ripa Trentæ infra Notingham.

S. Egelwinus martyr ſepultus in Scheldeford.

S. Pandon & S. Windritha virg: in Elteſlea in comit: Cantebrig:

S. Aldgytha ſepulta eſt in Storteford.

S. Enorhilda ſepulta in Evorwik.

S. Oſburga ſepul: in Coventre.

S. Wilfridus, S. Acca, & S. Egelſi epiſcopi in Ripun.

S. Egelfled regina ſepulta Rameſceiæ.

S. Wulfranus epiſcopus, S. Symphorianus martyr, & S. Etritha virgo ſepulti in Grantham.

S. Tancredus, & Torthredus heremitæ, & S. Tona, ſepulti in Thorney.

S. Hildeburga, & S. Hildelitha, & S. Wulfilda abbatiſſa in Berking.

S. Hilda abbatiſſa in Eſca.

S. Petrocus, S. Credanus, S. Medanus, & S. Dachuna vir
Bodmin in Cornubia.
in Botraeme.

* *Subaudi*, corpus.

S. Elgiva

S. Elgiva regina, & S. Edwardus martyr in Scheafteſbyri.
S. Micius confeſſor in Bukeſworth.
S. Monegunda in Wetedun.
S. Bega in Cathleu.
S. Ethelburga in † Haccaneſa.
S. Drithelmus confeſſor in ‡ Melgeros.
S. Miliburga in Wenloc.
S. Ermengitha in Thenet.

† Villa in Holdernes.
‡ In Scotia.

Dum Ælſinus abbas Burgenſis in Normannia cum Emma regina eſſet, multæ terræ ablatæ ſunt de eccl: de Burch: ſicut Hovedene in provintia Evorwik & Barne, & multæ aliæ, quas nominarem ſi prodeſſet. Pag. 11. Hovedene.

Tributum quod Angli Danis annuatim dabant auctum ad ſeptuaginta duo milia librarum & eo amplius, & ſine hoc quod de Londonia dabatur undecim millia librarum. Tunc qui habuerunt ad tantum tributum ſolvendum dabant. Qui non habuerunt terras, & poſſeſſiones, & alias res irrecuperabiliter perdiderunt. Unde factum eſt ut eccleſia de Burch & aliæ multæ multa perdiderint.

Succeſſit Ælſino abbati Erwinus vir ſimplex. Hic pro nimia ſimplicitate ſua dedit regalem villam de Holney, quæ in dominio S. Petri erat, pro Stokes pro nihilo alio niſi quia propinquior ei erat ad Stokes ad ſuam firmam quam ad Holney.

Erwinus abdicavit ſe officio, & tunc factus eſt abbas Burgenſis Leuricus, flos & decus abbatum. Leofricus.

Hic ex nobili progenie Anglorum ortus, nobilior in moribus nobiliſſime rexit & ditavit eccl: ſuam.

Hic magnam crucem, quæ ſuper altare eſt, mirabili opere de auro & argento fecit; candelabra etiam aurea & argentea, & magnam tabulam ante altare, totam ex auro & argento & pretioſis gemmis; & plurima feretra, & textos evangeliorum, & multas alias res ſimiliter omnia ex auro & argento fecit. Hic Leuricus conſenſu regis Edwardi ante conqueſtum 3. factus eſt etiam abbas de Burton, & Coventre, (quam abbatiam comes Leuricus ejus avunculus conſtruxerat) de Crulande, & Thorney, ita ut eſſet paſtor & abbas ſuper quinque monaſteria.

Leuina de Londonia nobilis matrona dedit monaſterio de Burch, Fiſkertun, Flectune & Burchle. Pag. 12.

*Terræ à tempore Aldulphi abbatis datæ monaſterio de Burch.*

Leofwinus alderman filius Elfwine dedit Adelwoldtune.

Halfdene, filius Brenctun, dedit Walecote apud Trikingham, & Brercheſthorp, & * Rihale, & Belmeſthorp.

* *Sic, cum duobus punctis ſub h.*

Elfgar de Duneſby dedit Duneſby: ſed abbas Brand dimiſit illud cuidam propinquo ſuo ad firmam Haldene dicto, pro eo quod rex Gulielmus Baſtardus abſtulerat omnem terram ſuam, & dederat [a] Remigio" epiſcopo Lincoln: & ideo ipſe [b] Remei injuſte abſtulit S. Petro hanc terram.

Wulf filius Cope frater ejus dedit Mannethorp & Carletun.

Burred & parentes ejus dederunt Bartun juxta Keteringes, & erat in dominio & ad firmam: ſed Geffridus epiſcopus de S. Loth Juſticiarius regis ad damnationem animæ ſuæ illud injuſte abſtulit.

Alfelmus Alderman dedit Cotingham, & Midletun, & omnia quæ ad ea pertinent.

Ranulphus comes, propinquus regis Edwardi, dedit Eſtun,
ini
& Brunghirſt, & Preſtgrene, & Dreitun, & Glatheſtun; Langetun in provintia Legeceſtre, Frane, & Rogingham.

Kinſius archiepiſcopus Ebor: dedit Tunwelle de patrimonio ſuo.

Stanforde. Turkillus Hoche dedit, Colingham, & monetarium in Stanford, & terram ex iſta parte aquæ.

Winegotus apportavit brachium S. Oſwaldi de Bebanburch.

Pag. 13. Godgith domina dedit Hah, & Langeledenham, & Waſſingburch, & Buntun, & Cunningeſburch, & terram in Bernewelle.

Wulric child dedit marcam.

Comes Haralde dedit Cliftun, & terram in Londonia juxta monaſter: S. Pauli juxta portum qui vocatur Etherediſhithe.

Elfsi child filius Outi dedit Turleby.

Fredgi filius Cate dedit Gued hauring, & ea quæ ad illud pertinent in Holand.

Brand abbas Burgenſis, & Aſkilus, & Siricus, & Siuorthus fratres dederunt has terras: Muſcham ex alia parte Trentæ, & Scotere, & membra quæ adjacent in Scotere & Scalkeſthorpe, cum aliis terrulis in Suttun, in Thorp, in Lolethorp, in Meſſingham, in Malmetun, in Hibaldeſtow, in Rachenildthorp, in Holm, in Riſeby, in Walecote, in Alchebarn, in Normanby, in Alethorp, in Muſham, in Lincolnia, & alias terras quarum nomina non retinemus, ita ut inter tota 52. carrucatas dederunt.

Hydæ. Carrucatæ. [c] In provintia Lincolniæ non ſunt hydæ ſicut in aliis provintiis; ſed pro hydis ſunt carrucatæ terrarum, & non minus valent quam hydæ.

[d] Eluricus archiepiſcopus Ebor: multa ornamenta ex auro, & argento, & pallia dedit eccl: de Burch, ubi ſepultus eſt.

[a] Remei *primum ſcripſerat Lelandus.* [b] *Sic.* [c] *E regione hujus Sectionis in margine ponitur aſteriſcus.* [d] Alfricus *in margine, à manu Burtoni.*

S. Kinſinus

S. Kinſinus monachus, archiepiſcopus Ebor: dedit eccleſiæ de Burch ornamenta ad pretium 300. librarum; ſed regina Edgit ea poſtea abſtulit. Kinſinus ſepultus eſt Burgi.

Wulſtanus archiepiſcopus Ebor: ſtatuerat ſepeliri in Burch, ſed peregre profectus obiit apud Ely, ubi & ſepultus eſt [1023.]

Tempore Leurici abbatis Agelricus ſanctiſſimus monachus Burgenſis electus eſt ad archiepiſcopatum Ebor: & conſecr: ſed canonici Ebor: oſores monachorum eum recipere noluerunt. Pag. 14.

Agelricus poſtea factus epiſcopus Dunholmenſis. Poſtea reſignavit epiſcop: ſuum Ægelricus fratri ſuo Egelwino.

* Agelricus accuſatus à Gul. Baſtardo miſſus eſt Weſtmonaſterium, ubi in vinculis obiit, ſepultus ibidem in porticu S. Nicolai.

Egelwinus epiſcopus Dunelmen: frater Egelrici à Gul: Baſtardo rege ad Abbendune miſſus ibidem præ mœrore obiit, & ſepultus eſt [1071.]

In his diebus, id eſt, 13. anno Leurici abbatis venit Gul: Baſtard in Angl.

Leuricus abbas fuit in illo exercitu, & ibi infirmatus eſt, domumque reverſus mortuus eſt Cal: Novembr:

Succeſſit Leurico Brande opera Edgari Atheling, qui ab Anglis electus eſt in regem, ſed regnum non obtinuit.

Brand iratum Gul: Baſtard 40. marcis auri placavit.

Swein, Knuti regis filius, in Angliam cum magno exercitu venit.

Tunc comes Oſbertus & Chriſtianus epiſcopus de exercitu Danorum venerunt ad Ely. Et adjunxit ſe eis Hereuuardus Anglus, & faciebant omnia mala.

Hereuuardus autem incentor perduxit Danos ad Burgenſe monaſter: ut acciperent quicquid ibi erat in auro, & argento, & ceteris pretioſis rebus, quia audierant quod abbas eſſet mortuus, & quod rex dediſſet abbatiam cuidam monacho Normanno Turoldo, qui tunc erat apud Stanford cum ſuis militibus. Turoldus abbas Burgenſis.

Yuarus monachus ſecretarius Burgi audiens de adventu Danorum, accepta parte pretioſæ ſupellectilis eccl: Burgenſis, ad Turoldum fugit.

Eadem vero die (4. Non: Jun:) ſummo mane venerunt prædicti malefactores cum multis navibus: ſed monachi & ſui clauſerunt portas, & cœperunt viriliter defendere deſuper, factaque eſt pugna graviſſima ad portam Bolehithe. Et videntes Hereuuardus ac ejus ſocii quod non poſſent eos vincere, nec intrare, miſerunt ignem in domos, quæ circa portam erant, & ſic intraverunt. Arſerunt & omnes officinas monachorum, & totam villam præter eccleſiam & unam domum. Pag. 15.

* Ailricus *ſupra lin. à manu Lelandi.*

Et

Et ſicut erant armati intraverunt eccleſiam, & volebant auferre mag: crucem, ſed non potuerunt. Acceperunt tamen coronam auream de capite crucifixi cum pretioſis gemmis, & ſcabellum ſub pedibus ejus ſimiliter ex auro puro & gemmis. Acceperunt etiam duo feretra aurea & novem argentea & auro & gemmis bene parata: & 12. cruces aliquantas aureas, & alias de argento & auro & gemmis. Nec hæc ſuffecerunt eis, ſed aſcenderunt in turrim, & acceperunt magnam tabulam, quam ibi abſconderant monachi, totam ex auro et argento & pretioſis gemmis, quæ ſolebant eſſe ante altare. Et acceperunt tantum aurum ac argentum in variis rebus & variis ornamentis, & libros quod nemo poteſt dicere vel appretiare. Omnia hæc fuerunt optima, nec remanſerunt in tota Anglia talia. Tamen dixerunt quod pro fidelitate eccl: hoc facerent, & melius illa Dani ſervarent ad opus eccleſiæ quam Franci. Siquidem & ipſe Hereuuardus homo monachorum erat, & ab hoc aliquanti credebant ei. Quod ad abbatem Turaldum delatum eſt hoc ſervatum eſt: quod illi rapuerunt, hoc omnino perditum eſt.

Dani naves repetunt ducentes ſecum Adelwoldum priorem, & Egelſinum monachum, & plures de ſenioribus monachis ad Ely.

Eodem die venit Turoldus abbas ad Burch cum 140. Normannis bene armatis.

Pag. 16. Turoldus autem invenit combuſta omnia intus & foris præter ſolam eccleſiam. Tunc illa quæ vocabatur civitas aurea facta eſt pauperrima.

Adelwoldus prior Burgenſis clam à Danis ſuffuratus eſt brachium S. Oſwaldi, quod ſecreto curavit tranſmittendum Rameſeiam in meliora tempora.

Magna pars theſauri à Danis rapti paulo poſt mari periit.

Magna tabula cum aliquantis feretris & crucibus in Daniam pervenit.

Yuuarus ſecretarius Burgi in Daniam profectus magnam partem reliquiarum Burgum reduxit.

Athelwoldus prior abeuntibus Danis Burgum reverſus eſt.

Turoldus abbas non ſolum non addidit aliquid Burgenſi eccl: ſed terras bene congregatas male diſtraxit, & dedit eas parentibus & militibus ſuis. Mille & quingentis libris appretiata fuit quando venit Turoldus, quam ita diſperſit ut vix appretiaretur quingentis.

Turoldus abbas emit epiſcopatum Beluacenſem, unde poſt 4. dies à clericis dejectus eſt.

Turoldus abbatiam de Burgo pecunia redemit. Fuit abbas Burgenſis 28. annis.

Succeſſit Godricus abbas, frater Brandonis, quamvis invitus.

vitus. Fuerat hic ante electus ad archiepiſ: in Britann. Minori, ſed dignit: refutavit.

Fuit abbas uno tantum anno, poſtea à concilio depoſitus. Hujus abbatis tempore venerunt fures de Francia & Flandria; & per ſcalas intraverunt eccl: Burgenſem, & abſtulerunt mag: crucem auream de viginti marcis auri cum gemmis, quæ erat ſuper altare, & 2. mag: calices cum patenis, & candelabra Elſurici archiepiſcopi Ebor: omnia aurea. Fures poſtea capti, ſed ornamenta regi data.

Matthias, frater Galfridi Ridel juſticiarii Ang: factus abbas Burgenſis.

Hic Matthias poſt annum obiit Gloceſtr: ibidem ſepultus.

Galfridus Ridel cum Gul: filio Henrici regis ſubmerſus eſt.

Ernulphus prior Cantuar: eccl: factus abbas Burgi.

Reinaldus monachus Burgenſis fratrem ſuum in puerili ætate fecerat monachum nomine Hugonem, qui modo defunctus eſt, qui & hunc libellum collegit lectumque ſcripſit. Pag. 17. ☜

Hic Hugo longo tempore ſanguinis profluvio juvenili ætate graviſſime laboravit.

Hic Hugo Albus vocabatur, quoniam albus & facie decorus erat.

Floruit temporibus Joannis, Henrici, Martini, Gulielmi abbatum monaſter: Burgenſis.

Hugo pervenit ad gradum ſupprioratus tempore Gul. de Waterville abbatis, cujus etiam tempore obiit.

Ernulphus abbas Burgenſis poſt ſeptem annos à rege, cujus confeſſor erat, etiam invitus accepit Roſenſem epiſcopatum. [Ernulphus obiit 1124. 25. H. 1. æt. 84.]

Joannes de Sais factus abbas Burgenſis dono regis. Hujus tempore No: Auguſti per incuriam combuſtum eſt totum monaſterium de Burch præter capitulum, & dormitorium, & neceſſarium, & refectorium novum. Sed & tota villa combuſta eſt.

Perduravit ignis in turre novem diebus, & omnia ſigna confracta ſunt.

Anno ſequenti, i. e, anno D. 1118. abbas Joannes inchoavit novam eccleſiam, & jecit fundamentum 8. Id. Mart: & multum operatus eſt in ea, ſed non complevit.

Pitheſle villa primo in manibus Galfridi Ridel juſticiarii Angl. Poſtea in manibus Richardi Baſſet juſticiarii annuente rege.

Joannes abbas præfuit 11. annis.

Rex tenuit abbatiam de Burgo 2. annis in manibus ſuis.

Henricus abbas de Angeli factus abbas Burgenſis. Hic fuerat in clericatu epiſcopus apud Sueſſionem, poſtea factus monachus & prior in Cluni.

Deinde quia cognatus erat regis & comitis Aquitaniæ dedit ei idem comes abbatiam S. Joannis Angeli.

Poſtea

Poſtea acquiſivit archiepiſc. de Beſentun, & epiſc: de Seintes: ſed de hoc, ſicut de Beſentune abbas de Cluni eum expulit.

Pag. 18. Henricus abbas, jubente rege, exulat.

Martinus de Bec prior S. Neoti, fit abbas Burgenſis.

Martinus operatus eſt in eccleſia, & in officinis, & villam mutavit; preſbyterium eccl. perfecit; monachos in novam eccl: introduxit a°. D. 1140. & à combuſtione loci 23°.

*Decerpta ex privilegio Eugenii pont: Ro:*

Cuneum monetæ in Peterborow.

Glintun & Peikirk cnm eccl: & capellis, cum theloneo de Depinges & Peikirk, cum piſcatura & ceteris appendiciis.

Undel cum eccleſia & capellis, & cum toto jure eidem adjacente, quod Ehtehundred vocatur.

Cotingham cum eccl: & molendino, & ceteris pertinentiis ſuis, ſcillicet Benifeld, Driffeld.

Midletun cum foreſta.

*Nomina tenentium terras in feodo de monaſter: Burgenſi.*

[a] Aſketillo de S. Medardo tenet in feodo Thornhaw, Witeringtun, Sibertun, Ettun, Aſgoteſby, cum append: ipſorum.

Rogerus [b] Infans" tenet Torpel, Uffenurth, Pilketun cum appen: ſuis, & terra quam habet in Makeſey.

Acelmus de Watervilla tenet Thorp, Marham, & Uptun, cum eorum append:

Radulphus filius Gulielmi tenet Ludintun, Meſſiggham cum eorum append.

Galfridus [c] Infans'' tenet Gunnethorp, Souththorp, & terram quam habet in Stokes cum ap: ſ.

Galfridus de la Mare tenet Makeſey & Turleby cum app: ſ.

Radulphus de Neovilla Stottun, Malmintun.

Rogerus Malfet Wdef cum app:

Robertus Frelle tenet Dailtun.

Pag. 19. Gulielmus de Luvetote tenet Soptune cum append:

Robertus Marmiun tenet Langetune, & Pokebrok cum append:

Gaufredus Winter tenet Armeſtun & Burchle.

Gilbertus Fauuel tenet Walecote cum append:

Robertus Eiſi tenet Burtun cum append:

[d] Foedum Roberti de Miletuna.

Radulphus de Tot tenet in Paſtona. [e] Fedum Wallonis in eadem villa.

[a] F. Aſketillus. [b] Faunte *ſupra lin. ab al. m. ut legatur*, Infaunte. [c] Faunt *ſupra lin. ab al. m.* [d] *Sic.* [e] *Sic. Nec aliter deinceps.*

Fedum Iſenbardi Paple cum append:
Fedum Viennun Stokes cum append:
Fedum Ingelrami in eadem villa.
Fedum Roberti de Oli [in] Craneford.

5

Fedum Richardi Eng in Berigfeld.
Gul. Haregrave tenet in Enger cum append:
Tedbaldus tenet in Brunghirſt.
Godefridus de Camberei tenet in Plumbetere & Berham cum append.
Galfridus de Neovilla tenet in Walecote cum app:
Pancevolt tenet in Eſtono.
Anſerredus tenet in Overton & Thorp.
Turicus tenet in Ermeſtun.
Unuanus tenementum tenet in Kirkefelde, Wermington & Undele.
Oſbernus tenet in Wodecroft.
Geroldus tenet in Muſcam.

*Hactenus ex privilegio Eugenii pont. Ro.*

Richardus prior de Burch tempore Martini abbatis fit abbas de Whitby, depoſito Benedicto. Tempore hujus Richardi abbatis rex Northwegienſium in * portu Whitbeienſium cum multis navibus applicuit, & bona eorum diripuit, & intus & foris cuncta depopulatus eſt, & tamen nullum interfecit, ſed tamen quæcunque invenerat ſecum portans receſſit. Sicque factum eſt ut qui ante per providentiam abbatis ditiſſimi erant, nunc pauperr: facti ſunt, quia nihil omnino Norwagienſes reliquerant.

Martinus præfuit Burgi 20. annis, 6. menſ: 8. di:

Martinus in eccleſia, & in aliis officinis, & in pluribus locis Pag. 10.
ſemper operabatur. Portam monaſterii, & mercatum, & portum navium, & villam multo melius mutavit, & multa emendavit.

Gulielmus de Waterville ſucceſſit Martino abbati. Hic recuperavit feodum & ſervitium Galfridi de la Mare conſtabularii. Eodem tempore apud Stanford prioratum Sanctimonialium in honore dei & S. Michaëlis fundavit & ædificavit, in qua uſque ad 40. moniales congregavit. Hic totam villam citra pontem de Stanford, & 14. manſiones ultra pontem à quodam milite, qui hereditarie clamabat, per pecuniam redemit, & tenuit in dominio abbatiæ. Tempore hujus Gulielmi chorus ordinatus eſt, & domus infirmorum conſtructa, & clauſtrum, & officinæ neceſſariæ; & clauſtrum monachorum plumbo coopertum eſt. Et in curie cameram, & capellam, & officinas fecit. Capellam S. Thomæ incepit & fundavit. Redditus fori & villæ Burgi xx. marcis auxit. Per maneria utiles officinas conſtruxit.



* Sic.

Hic tandem irato rege ac archiepiſcopo à ſuis accuſatus dignitate abbatis privatus eſt.

Pag. 21. *Ex vita Grimbaldi.*

Natus eſt in urbe Morinorum.

Monachatum coluit ſub Bertino.

Alfredus, Athulphi regis filius, Romam petens à Bertino in itinere & Grimbaldo liberaliter acceptus eſt.

Alfredus ſecundo Romam petiit comes Atulphi regis patris ſui.

Alfredus rex conſilio Eldredi archiepiſcopi Cant. oratores ad monaſter: S. Bertini de accerſendo Grimbaldo miſit, inter quos & Joannes preſbyter & Aſſerus, viri eruditiſſimi & vivaciſſimi ingenii, præcellebant.

Laus Grimbaldi.

Venit Grimbaldus in Angliam anno D. 885.

Alfredus rex domum & capellam Wintoniæ citato opere fecit in gratiam Grimbaldi.

Cujus maturitas, morum dignitas, eloquentiæ & doctrinæ ſublimitas, mire omnium permulcebat aſpectus & animos.

Tanta nimirum Angliæ lumina rege ventilante doctiſſimi Grimbaldi lampas accendit clariſſima.

Etheluuardus frater Eadueardi, Pleimundus epiſcopus Cantuar: Deneuulphus Winton: Aſſerus Shireburnenſis, teſtes & fautores novi operis.

Ipſi autem regi quantum literarum ſcientia eluxerit non indiget exponi, cum ei atteſtentur plerique libri ſeculares & divini ſuo ſtylo in patriam linguam mira elegantia & brevitate tranſlati & compoſiti, quorum eſt * Gregorius Paſtoralis curæ, & Boëtius de conſolatione Philoſophiæ, & narrationes diverſæ.

Novi monaſterii templum biennio à Grimbaldo exſtructum, conſecratum vero à Pleimundo.

Joannes monachus factus per Alfredum abbas de Ethelingey.

Corpora Alfridi & Alſuithæ ejus conjugis ab Eadueardo † filio in novum tranſlata monaſterium.

Aſſerus vero per eum conſtitutus in epiſcopum Shireburnenſem.

Grimbaldus monaſtice vixit Wintoniæ.

Alſuitha condidit Nonnarum monaſterium in Ventana urbe.

Eldredo Pont: Cantaur: mortuo Alfredus dignitatem Grimbaldo obtulit, quam ille omnino refutavit.

Obiit Grimbaldus aº. D. 903. 8. Id. Jul.

Pleimundus ſuffragio Grimbaldi fit archiepiſcopus Cantuar.

Ealphegus epiſcopus Ven-

* L. Gregorii Paſtoralis cura, *vel* Gregorius de Paſtorali cura. † *Mox poſt* filio *in Autogr. eſt nota Inductionis, & ſupra lin. ab ipſo Lelando ſcribuntur:* à veteri illum monaſterio, hanc de Nunnanminſtre, *ut exinde intelligatur Alfridi corpus à veteri monaſterio, Alſuithæ vero à* Nunnanminſtre *ab Eadueardo fuiſſe tranſlatum.*

Alfredus

Alfredus egit cum Grimbaldo de inſtituendo novo monaſterio Ventæ.

Mortuo Alfredo Eadueardus ejus filius novum conſtruxit monaſter: & Grimbaldum abbatem conſtituit.

Alguerus monachus Bertini medicus Eadueardi pacifici.

tanus tranſtulit corpus Grimbaldi in thecam argenteam.

Ealfnothus abbas novi monaſterii ſub Eadueardo pacifico.

Reinwalla abbas novi monaſterii.

*Ex vita S. Ælphegi, autore Oſberno Cantuarienſi.* Pag. 22.

- Fit monachus in Deirhurſte.

Relicto Deirehurſt contulit ſe ad Bathoniam urbem, ubi ſacello condito delituit aliquamdiu, ac poſtea collegio monachorum ibidem præfuit.

Ealphegus mortuo Ethelwaldo ſit epiſcopus Ventanus, procuratore Dunſtano archiepiſcopo Cantuarienſi, datore vero Ethelredo rege.

Elphegus præfuit Ventanæ eccleſiæ 5. annis ſuperſtite Dunſtano.

Mortuo Dunſtano Ealphegus in pontificem Cantuar: eligitur.

Ealphegus inter eundum Romam ſpoliatus.

Edricus dux exercitus Angl. contra Danos ab Ethelredo rege inſtitutus.

Cantuaria à Danis obſeſſa, capta, ſpoliata.

Captus eodem tempore Ealphegus.

Elphegus à Danis Grennovicum perductus, ubi & occiſus, recuſans perſolvere pecuniam, quam pro ejus petebant liberatione.

Ealphegus ſepultus in fano Pauli Londini.

Anno D. 1012. 13. Cal. Maii occiſus eſt Elphegus anno pontif: ſui 7°. nativitatis autem 59°.

Haco inter Danos nobilis ſe gladio confodit, juſto ob necem Ealphegi judicio.

Canutus dimidium imperii Angl. accepit, deinde & univerſum.

Huſcarli milites apud . . . . . . . .

Canutus curavit corpus Ealphegi transferendum à fano Pauli, quod Londini eſt, Cantuariam.

Godricus monachus, diſcipulus Ealphegi, & poſtea decanus Cantuar: & Ealfwardus, quondam comes S. Dunſtani, interfuerunt tranſlationi.

*Ex vita D. * Erkenuuali.*

Fuit diſcipulus Melliti monachi, epiſcopi Londinenſis.

Ethelbertus, rex Cantiæ, cathedralem inſtituit eccleſiam Londini D. Paulo ſacram, & ibi Mellitum conſtituit epiſcopum.

Ethelburga ſoror Erkenwaldi.

* Sic.

Erkenwaldus erexit duo monaſteria, unum ſibi apud Ceorteſige, alterum ſorori apud Berking.

Mortuo Cedde fit Erchenuualdus epiſcopus London beneficio Sebbæ regis.

Obiit apud Berking. Sepultus eſt Londini in fano Pauli.

Pag. 23. *Ex libello de miraculis Erkenuualdi.*

Elwinus grammaticus, cujus diſcipulus, ferulam timens, ad Erkenualdi ſepulchrum ſupplex confugit.

Fuit itaque in doctoris gentium familia Londoniæ didaſcalus quidam nomine Elwinus, moribus bonis inſignis & artibus, qui, inter cetera pietatis opera, puerorum diſciplinis vigilantiſſimam impendere curam ſolitus fuit.

Sebba rex ſepultus Londini.

Londinum conflagravit.

Enimvero pauló ante nativitatem beati Joannis Baptiſtæ circa mediam noctem in occident: civitatis parte, videlicet in ipſius portæ veſtigio, meritis mortalium exigentibus, ignis tam validus accenditur, ut urbem ante ſe poſitam uſque ad exitum orientis involvere & furorem offenſi dei altius gementibus videatur aperire. Interea turbati cives & ſtupefacti domorum interruptione voraces conantur reprimere flammas; ſed illis incaſſum laborantibus ſummi furor tonantis poſt laborantium miſerorum terga ſalientes patitur incendiorum inſultare voragines. Et jam turrium ſeu eccleſiarum cacumina atrox flamma mirantibus cunctis conſcenderat, atque [a] matricæ ſuæ media devoranda deferens, ad anteriora tumultuoſis anfractibus progredi haud ſegnius conabatur.

Mulieres quippe ſicut nocturno incendio conſternatæ ſurrexerant nudis pedibus, ſparſis crinibus, manibus comploſis, lachrymarum imbre perfuſis vultibus, circumcurſabant, atque lamenta vel ſaxea corda penetrantia cum ejulantibus crebris multiplicababant.

Et [b] ut graviora damna pariant epiſcopalem ſedem doctoris gentium, Pauli videlicet, ſupra memoratam baſilicam auſibus truculentis in favillam redigendo, ſatis miſerabiliter exſufflavit. Heu! heu! volatu citiſſimo ignis alta corripit, tectorum culmina violenter involvit, ac repente tota lignorum ſtrues accenditur, ac omnino combuſta deperit. Nondum arcus lapideos, quos vulgo dicimus voltas, noſtri manus arti-
Pag. 24. ficis ita plene, ſicut nunc, attigerat; ſed trabibus parietibus ſuperjectis univerſam eccleſiam venuſta teſtitudine ſuperficies integra palliabat. Templum ad ſolum [c] diricitur, [d] diſſipta eſt & ſciſſa & dilacerata domus dei. Ruunt faſtigia, moles

[a] *Sic.* [b] *Ita concipitur hæc ſectio.* [c] *F.* dejicitur. [d] *L.* diſſipata.

tanta

tanta ſubvertitur, trabes fulmineæ pavimenta ſubvertunt, altaria [a] diruunt, utenſilia: utenſilia incendio tradunt.

Mauricius epiſcopus Londinenſis novam eccleſiam à fundamentis incepit, opus videlicet, ut multis videtur, inconſummabile: verum, ſi conſummari poſſet, honor & decus Londoniæ.

Richardus ſucceſſor Mauricii. Iſte quidem muros inceptæ eccleſiæ mirabiliter auxit, necnon & plateas circa eandem eccleſiam permaximas, quæ ante domibus laicorum obſeſſæ fuerant, proprio ſumptu acquiſivit, & in circuitu, muro fortiſſimo pene cinxit.

Gilbertus Univerſalis epiſcopus London. Hic nempe literis & ſapientia, nec non auctoritate & frugalitate media cumulatus, ante epiſcopatum veteris Inſtrumenti [b] gibbum planaverat; explanationi quoque tecto ſuperpoſito ad liquidum expoſuerat.

[c] Autoris libr: de vita & miraculis D. Erkenuualdi floruit tempore hujus Gilberti, ut ipſemet teſtatur. Ego colligo eum fuiſſe canonicum Paulinæ eccleſiæ.

Territorium Luitoniæ in ditione [d] Linconienſi.

*Ex vitæ Ethelburgæ.*

Hic igitur primus temporibus naſcentis vel lactentis in Chriſto Angl: eccleſiæ floruit almæ indolis puer Erkenuualdus, plurima ſpes provectionis eccleſiaſticæ, auditor inexplebilis beatiſſimi pont: Melliti.

*Ex libello de vita Etheldrædæ.* Pag. 25.

Etheldreda ſacrum accepit velum in monaſterio Ebbæ, quæ amita fuit Ecfridi regis Northumbrorum. Colding-ham.

[e] Etheldre inſtituit monaſterium de Elig.

[f] Sexburga præfuit Eligenſi monaſterio poſt [g] ſororis ſuæ Etheldredæ.

Ki
Chinefridus medicus Etheldredæ. Chinefridus medicus.

*E vita D. Swithuni epiſcopi Ventani.*

Swithunus oct: epiſcopus Weſt-Sax: à Birino, qui Kinegilſum regem Weſt-Sax: baptiſavit.

Swithunus fit preſbyter ab Helmſtano epiſcopo Ventano.

Athulphus, alias Etheluuolphus, diſcipulus Swithuni & ſubdiaconus in Ventana eccleſia, poſt rex Weſt-Saxonum, hoc curante Leone pont: Ro:

[a] *Sic in MS. cum colo poſt prius* utenſilia. *Forte*, diruunt, utenſilia incendio tradunt. [b] *Sic.* [c] *F.* Autor. [d] *Sic.* [e] *L.* Etheldreda. [f] *Supra lin.* ante conjux Erkenberti, regis Cantiæ. [g] *F.* ſororem ſuam Etheldredam, *vel*, poſt mortem ſororis ſuæ Etheldredæ.

Athulphus rex in donationibus ſuis appellabat Swithunum doctorem & altorem ſuum.

Commendavit autem ei rex filium ſuum nomine Athulphum & documentis * literalibus edocendum, & ſanctis moribus inſtruendum, tunc temporis quidem in eccleſia dei Wintoniæ militantem, poſtea vero ſuccedente tempore in deceſſu patris de ordine & gradu ſubdiaconi acceptum, permittente & annuente pontifice Leone, eo quod rex ſupradictus abſque herede præter ipſum ſolum obierit genti Anglorum benigne & provide imperantem.

Swithinus mortuo ſucceſſit Hemſtano beneficio Athulphi regis, Celnodo archiepiſcopo Cant: conſecrationis munus obeunte.

Athulphus dat regni decimas eccleſiæ.

Suithunus ruiturum pontem in orient: parte Ventanæ urbis refecit.

Obiit Swithunus anno 3. regni Ethelberti filii Athulphi.

Tranſlatio reliquiarum Swithuni facta 110. anno ab ejus obitu, & anno D. 971.

Feretrum pretioſum ab Eadgaro rege reliquiis Swithuni conſecratum.

Crux nomine regis Petra diſtans 3. paſſ. mill. ab Wintonia.

Pag. 26. *Ex libello Stephani 1i. abbatis S. Mariæ Eboraci.*

Gul: Percy dedit Whitby in opus reſtaurandi monaſterii, ubi Stephanus abbas fuit.

Idem Gul: Percy Whitby monachis abſtulit.

Stephanus abbas cum ſuis cœpit reſtaurare monaſterium de Leſtingey.

[Anno ultimo Conqueſtor.] Stephanus abbas incepit monaſter. S. Mariæ Ebor: favente ac adjuvante Alano comite Richemondiæ anno D. 1088.

Alanus dedit Stephano eccleſiam S. Olavi, & burgum ſuum extra muros Ebor:

*Teſtes donationis & confirmationis ejuſdem monaſterii per Gul: Rufum.*

Godefridus Conſtantienſis epiſcopus, qui eo tempore Northumbrorum conſulatum regebat.

Odo comes de Campania &c.

Hugo comes de Monte Gomerii & Ernulphus frater ejus numerantur inter teſtes alterius Donat:

Anno D. 1112. Stephanus cum præfuiſſet monaſter: S. Mariæ Ebor: obiit.

*Ex libro autoris incerti nominis, ſed monachi cænobii S. Mar: Ebor: de abbatibus & rebus in eo geſtis.*

Richardus 2. abbas.

* *Malim*, liberalibus.

Simon

Simon de Werwik conſecratus in abbatem S. Mariæ Ebor: anno D. 1258.

Walmegate una portarum civit: Ebor:

Caſtrum de Tutteſbyri.

Taneſeld.

Anno D. 1262. impetus factus à civibus Ebor: in monaſterium S. Mariæ, unde cædes & deprædatio.

Anno D. 1264. 12°. Cal. Febr. inundatio max: Uſæ fl. Ebor:

Pax facta inter cives Ebor: & abbatem S. Mariæ anno D. 1266. Et hoc anno inceptus eſt à Simone abbate Petrinus murus [a] circuinens abbatiam S. Mariæ Ebor: incipiens ab eccl: S. Olavi, & tendens verſus portam civitatis ejuſdem quæ vocatur Galmanlith. Galmanlith porta Ebor: [nunc Boothumbarr.]

Joannes de Acaſtre.

Robertus Cheverel epiſcopus Carleolenſis anno D. 1267.

Ottho bonus hoſpes apud monaſter: S. Mariæ eodem anno.

Villa de Sexdecim vallibus. Pag. 27.

Petrus de Malo lacu.

Anno D. 1268. pax facta inter Johannem Comyn baronem Scotiæ, & cives Ebor: mediantibus regibus Angl: & Scotiæ, ob cædem factam à civibus de ſervis Joannis Comyn, pro 300. libris ſolvendis eidem Joanni, & pro duobus capellanis in perpetuum ſuper pontem de Uſa, ubi prædicta cædes facta fuit, celebrantibus. Origo ſacelli ſuper Uſam flu: Ebor:

Anno D. 1269. optinuit Simon abbas S. Mariæ à rege Henrico 3. foreſtariam totius foreſtæ de [b] Farindale excepta venatione.

Rogerus filius Hugonis le Bigot, & heres tam patris quam Rogeri comitis Norfolchiæ & Mareſcalli Ang: Bigotius.

Anno D. 1270. Simon abbas incepit novum opus chori eccl: monaſter: S. Mariæ Ebor:

Simon abbas S. Mariæ emit villam de [c] Dicton à domino Hugone de Neville.

Robertus de Neville }
Viſchardus de Chaluns } milites.
Joannes de Reigate }

Nicolaus Wake, Henricus filius Conani, Gul. de Holteby, Galfridus Gobauntes, Richardus Wayland, Henricus Springes, Joannes filius Michaëlis, Robertus de Frithelay, Jacobus de Mora, Fulco le Conſtable, Adam de Seton, Richardus de Thornvilla, Robertus Mouceus, milites. Aſſiſa militum anno Di. 1275°.

Baldewinus de Wake.

Hugo de Bigot.

Gul. Wikwan archiepiſcopus Ebor:

[a] *L.* circuiens. [b] Farnedale *ſupra lin.* [c] Dighton *ſupra lin.*

Johannes

Joannes de Metingham & Thomas de Sudington juſtitiarii regis anno Di. 1280.

Hoc anno Thomas de Wikes ſuis ſumptibus tranſtulit corpus S. Hugonis epiſcopi Lincoln:

Anno Di. 1281. Baldewinus Wake obiit.

Anno Di. 1282. nata eſt Elenora, filia comitis de Ulſtere in Wallia.

* Stephanus de Ouſtewik".

Anno D. 1296. 3. Non. Jul: obiit Simon de Warwik abbas monaſter: F. Mariæ Ebor: cui præfuit ann: 39. Sepultus fuit coram mag: altari. Eccleſiam S. Mariæ infra 24. annos de novo ædificavit.

Pag. 28. Anno D. 1301. Dominus Joannes de Langeton cancellarius regis Angl:

Anno Di. 1303. 4. Cal. Junii combuſta fuit dimidia villa Karleoli uſque ad portam de Richardby.

Anno Di. 1306. Robertus Bruys comes de Carrik fecit necari Joannem Comyn pro fidelitate ſua erga regem Angl: in eccl: fratrum Minorum de Dumfres in Scotia.

Prioratus de Coniſheved.

Laneploch, nunc vulgo Lampley. Anno D. 1312. Dominus Joannes de Laneploch miles fecit homagium Priori S. Begæ pro quodam tenemento in Arloughden.

Prioratus de Kertmelle.

Petrus Gavaſton duxit in uxorem ſororem comitis Gloceſtriæ, quo tempore factus eſt comes Cornubiæ contra coronam regiam.

Verſus in Petrum Gaveſton:

*Dum Petrus ſævit, propriam mortem ſibi nevit.*
*Nunc patet ut nevit, truncatus enſe quievit.*

Anno quo ſupra 1312. Dns Robertus le Bruſe dictus rex Scottorum tributum ei tribui † ſub Anglicanis, ſcilicet à Northumbria, Gilleſlande, Cumbrelande, Alerdale, Couplandia, & exhibitum fuit per comitatum Carleoli.

R. de Raiburn miles.

Anno Di. 1315. Robertus Brus obſidebat Carleolum. Quo tempore Jacobus Duglas multa mala fecit apud Egremont, & ſpoliavit eccl: S. Begæ, ac maneria de Cletter & Staineburne prioris S. Begæ combuſſerunt.

Anno Di. 1324. Joannes de Multon habuit ingreſſum in caſtellum de Egremont per regem pro ſervitio ſibi reddendo ei annuatim uſque ad plenam ætatem 410 li.

Salter in Couplande.

Stagnum de Wederhale.

* *Hiſce verbis aſteriſcum præfixit Lelandus.* † *Deeſt fecit, vel quid ſimile.*

Cella

*Cellæ monaſter: S. Mariæ Ebor.* Pag. 29.

Wederhal, ubi eccl: S. Conſtantini.
Richardus de Reme 1^s. inter Priores ibi numeratus.
S. Bega.
Robertus Prior ejuſdem, ut colligo, primus.
Romeburch.
Hunfridus de Wouchum Prior 1^s.
Cella S. Martini juxta Richemont.
Joannes de Popilton 1^s. Prior.
Cella S. Magdalenæ juxta Lincoln.
Robertus de Rothewelle Prior 1^s.
Cella de Henes & Sandetofta.
Thomas Pluketh primus Prior de Sandetofte & Henes.

*Sepultura Regum.* Pag. 30.

ALFREDVS MAGNVS ſepultus Wintoniæ in novo monaſterio.

Edwardus Senior ſepultus Wintoniæ in novo monaſterio.

Æthelſtanus ſepultus Malmeſbiriæ.

Edmundus filius Ethelſtani ſepultus Glaſconiæ.

Eadredus frater Ethelſtani ſepultus Wintoniæ.

Edwinus filius Edmundi ſepultus Wintoniæ in novo monaſterio.

Edgarus filius Edmundi ſepultus Glaſconiæ.

Edwardus filius Edgari ſepultus apud Wareham.

Ethelredus filius Edgari ſepultus Londini apud S. Paulum.

Edmundus ferreum latus filius Ethelredi ſepultus Glaſconiæ.

Cnuto ſepultus Wintoniæ in veteri monaſterio.

Haroldus filius Cnutonis ſepultus apud Weſtmonaſterium, & poſtea apud S. Clementem.

Hardecanutus filius Cnutonis ſepultus Wintoniæ.

Edwardus filius Ethelredi ſepultus Weſtmonaſterii.

Haroldus filius Godwini ſepultus apud Waltham.

*De Fundatoribus monaſteriorum ante adventum Normannorum in Britanniam.* Pag. 31.

Eccleſia S. Trinitatis Cantuar. à Romanis fundata eſt, ſed ab Auguſtino conſecrata.

Eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli extra muros Cantuariæ ab Auguſtino fundata eſt, ſed à Laurentio archiepiſcopo conſecrata eſt.

Eccleſia S. Pauli Londini ab Æthelberto rege fundata eſt. Eccleſia S. Andreæ de * Roveceſtre ſimiliter.

Eccleſia S. Petri Eboraci fundata eſt ab † Egwino rege Northanhumbrorum.

* Rocheſter *ſupra lin. à manu Burtoni.* † Os *ſupra* Eg, *ut* Oſwino *legatur.*

Eccleſia S. Mariæ Lincoln. fundata eſt à Paulino primo archiepiſcopo Ebor:

Eccleſia Wintoniæ à Cenewaldo filio Keneglifii fundata eſt.

Eccleſia S. Petri de Burgo à Saxulfo fundata eſt.

Eccleſia Wigorniæ ab Etheldredo rege fundata eſt.

Eccleſia de [a] Ceortefey & Bergingges fundatæ ſunt à S. Erkenwaldo London: epiſcopo, [675.]

Eccleſia S. Petri Weſtmonaſterii à Mellito London. epiſcopo fundata eſt.

Eccleſia Bathonienſis ab Offa rege fundata eſt, ſed ab Edgaro dicata fuit.

Eccleſia Abbendon à Ciſſa patre Inæ regis fundata eſt, ſed ab Edgaro dicata.

Eccleſia S. Albani ab Offa rege fundata eſt.

Eccleſia Glaſconiæ ab Ina rege fundata eſt.

Eccleſia de Eveſham ab Egwino Wigornienſi epiſcopo fundata eſt.

[b] Eccleſia de Ethelingey, Shafteſbury, & Muchelney ab Aluredo rege fundatæ.

Eccleſia de Wynburne à Cutburga fundata eſt.

Eccleſia monialium apud Wintoniam ab Ethelwaldo ejuſdem urbis epiſcopo fundata eſt. [Vide poſt 66.]

Pag. 32. Eccleſia quæ dicitur Croylande ab [c] Walteulfo fundata eſt.

Eccleſia de Rumeſey ab Edwardo Seniore fundata eſt.

Eccleſia de Middleton ab Ethelſtano rege fundata eſt.

Eccleſia de Thorneia à rege Edgaro fundata eſt.

Eccleſia de Ramſeia ab Alfwino comite fundata eſt.

Eccleſia Wilton ab Editha, filia regis Eadgari, fundata eſt.

Eccleſia Malmeſbyri à Maildulpho fundata eſt.

o

Eccleſia S. Mariæ de Stowe ab Elnetho epiſcopo Lincoln: fundata eſt.

Eccleſia Cernel ab Egelwardo fundata eſt.

o

Eccleſia de Ambreſbyri ab Alfrida fundata eſt.

Eccleſia Coventre à Leofrico & [d] Godwina fundata eſt.

Eccleſia S. Edmundi ab Alfwino orientalium epiſcopo fundata eſt. Sed rex Canutus ibidem poſuit monachos.

Eccleſia de Aſhendune à rege Canuto fundata eſt.

Eccleſia S. Petri Gloceſtre ab Alredo Wigornienſi epiſcopo fundata eſt.

[a] Chertſey *ſupra lin. à manu Burtoni.* [b] *L.* eccleſiæ. [c] Ethelwlpho *ſupra lin.* [d] Godiva *ſupra lin.*

*Wymunde-*

*Wymundeham* [*com. Norf.*] Pag. 33. [Norf.]

Gul de Albenio pincerna Henr: regis fundator.

Teſtes Donat: Gul. Revel, Gul. de Curtuna, Gul. Miliers, Radulphus de Eſtre, Morellus de Merley.

*Caſtel-Acre, cella S. Pancratii de Lewys.* [Norf.]

Gul: comes de Suthereia confirmator cœnobii de Caſtel-Acre, quod ejus prædeceſſores fundaverunt.

Tres Gulielmi comites Surreiæ.

Teſtes: Robertus de Frevilla, Radulp: de Wiburvilla, Henr: de Shis, Simon de Carli, Robertus Scuteville.

*Shrobbeſbyri* [*Shrewſbury*] *abbay* [*com: Salop: dedic: S. Petro & Paulo.*] [Salop.]

Rogerus comes Salapiæ fundator.

Fuerat ibi antiquitus eccleſia S. Petri & Pauli.

Duo flu: Sabrina & Meola.

Terra de Aldefelth ex alia parte flu: Meolæ.

Roger: comes Salapiæ in donat: facit mentionem de Dudeleburia, cujus eccleſiam appropr: monaſter: de Salap:

Teſtes Donat: Hugo & Robertus de Beleſmo, * Arnulpho & Philippo filiis meis, Reginaldo de Baillol, Rogero Corbet.


*Polleſworth moniales* [*com. Warr: dedicat: B. Mariæ & S. Edithæ temp: H. 1.*] [War: Camb: 569. Mudwena Hybernica prima fundatrix.]

Robertus Marmion fundator, & Mileſent uxor ejus.

Verba Donat:

Notum ſit omnibus, nos conceſſiſſe Oſannæ prioriſſæ, ad rellig: inſtaurandam Sanctimonialium ibi, eccleſiam S. Edithæ de Polleſworda cum pertinentiis. Ita quod conventus de Aldeberia ibi ſit manens.

[Ex ſigillo & feneſtra.]




[Staff.]

*Burton ſuper Trent* [*com: Staff.* 1004.]

Uulfricus [Spot, co: Merciæ] fundator tempore Æthelredi regis Angl.

* *Sic.*

[Cantabr.] Ancraîg, *poſtea* Dornîg, *nunc Thornéy.*

Camd: fol. 494.

Sexuulfus homo religioſus monaſterium cum cellulis heremiticis conſtruxit; quod poſtea à Danis ſubverſum Ethelwoldus epiſcopus Winton: reſtauravit, monachis complevit, & arboribus circumſepſit.]

* Accepi Tancredum & Thortredum epiſcopos fuiſſe.

Edgarus fundator mediante Ethelwoldo epiſcopo [Winton.]

Thancredus & Thortredus heremitæ in Thorney.

Fuit ibi etiam Ægregu virgo nobilis.

Toua ibidem ſoror germana fratrum * Thancredi & Thortredi.

Thoueham a faire Chapel of the Name of Thoua in the Woode half a Mile from the Abbay; and at this Place was the Oratory of the Heremites.

[Lincoln:] Baldewinus de Wake Founder of Deeping [com: Linc.] Celle, vij. Miles from Thorney be Lande, and ix. be Water, lyith yn the Chapitre of Thorney in a hy Marble Tumbe. Sum ſay that he lyith at Depinge.

Pag. 34. [Norf.]

*Ex Donatione eccleſiæ Norwic: quam fundavit Herebertus epiſcopus.*

Eccleſia S. Leonardi in colliculo prope Norwic: ædificata ab Hereberto in ſylva de Throp.

Eccleſia de Hoxne cum capel. S. Edmundi Marty:

Eccleſia de Lynne, eccleſia S. Nicolai de Gernemuth appropriatæ eccleſiæ Norwic: per Herbertum epiſcopum Norwic:

Henr: comes Warwik.
Simon comes Northampton:
Will. comes Waren.
Rogerus Bigot.
Eudo Dapifer.
Haymo Dapiſer.
Robert: Maleth.
Nigellus conſtabularius.
Alanus Flaaldi filius.
Gul: Maleth.
Gul: Pincerna.

*E Donat: Elienſis monaſter: per Edwardum Confeſſ:*

Brandune in Southfolk.

Fanbruge in Eſſax.

M . . . . . . . . .

*Mullicourt Priory:*

Appropriat: eccl: Elien: per Henry.

[Spinney.] Spynney Priorat: S. Mar: & S. Crucis appropriatus per Henr: regem monaſter: de Ely.

[Leic.] *E Donat: Roberti comitis Legreceſtr: eccleſiæ Canonic: de Legreceſtr:*

Conceſſi eis præbendas & poſſeſſiones quæ fuerunt Canonicorum ſecular: eccl: S Mariæ infra caſtellum de Legreceſtr:

Robertus comes de Mellenti pater meus, & Iſabella mater.

Facta hæc Donat: tempore Henr: 1. & Alex: epiſcopi Lincoln:

*Suleby*

*Suleby abbat: [com: Northampt.] Præmonſtrat:* [North-ampt.]
*[nigrorum monachorum.]*

Fundatum eſt hoc monaſterium per Gul: de Wideville, alias Withvilla.

Gul: de ponte Roberti unus teſtium Donat:

Robertus Paviley miles dedit eis poſtea totum manerium de Suleby.

[Stowe. Willelmus de Wodvile dedit Roberto epiſcopo Linc: eccleſiam de Welford, ut monaſterium ordinis Præmonſtratenſis fundaretur in eodem loco, poſtea dicto Sulby com: Northampt: Richardus de Woduile, filius ejus, confirmavit.]

*Flixton Prior: monial: reg: S. Auguſ:* [Suff.]

Margeria uxor Barptol: de Creke fundatrix.

*Collegium de Hiegham Ferrers [com: Northampt:]* Pag. 35. [Northampt:]

Fundatore Henrico, ut ego colligo, Chicheley archiepiſcopo Cantuar: appropr: Prioratu alienigenarum de Merſey, vel Merſege, in comit: Eſſex.

Gul: Linwodde teſtis Donat:

Hic Henricus archiepiſcopus natus fuit in Hiegham, [& obiit 1443. 22. H. 6.]

*Cathedr: eccl: Exonienſis.* [Devon:]

E Donat: Ethelredi regis.

Pro amore D. N. Jeſu Chriſti, S. Germani, & S. Petroci donavi epiſcopium Aldredi epiſcopi in provincia Cornubiæ, ut libera ſit eique ſubjecta omnibus poſteris ejus.

E Donat: Canuti regis apparet monaſterium de Exceſtre dirutum fuiſſe à Danis, ſed poſtea reparatum fuiſſe.

*Collegium S. Trinitatis de Plecy [com: Eſſex.]* [Eſſex.]

Fundatum à Thoma filio Edwardi 3. & Philippæ, duce Glouceſtr: comite Eſſex: & Bukingham.

Sex preſbyteri, 2. clerici, duo choriſtæ.

*Thorr in Devonſhir: Præmonſtraten: S. Salvatori dicat.* [Devon:]

Fundatore Gul: Briegwerr, alias Bruer.

Abbas de Bocfeſtre inter teſtes nominatus.

*Buteleia.* [Suff.]

Ranulpho de Glanville fundatore.

*Chayneſham abbat: [com: Somerſet:]* [Som:]

Gul: comes Glouceſtr: fundator, rogante id idem Roberto filio ſuo paulo ante obitum.

Hic Gul: fuit filius Roberti comitis Glouceſtr:

Hawiſia uxor Gul: comitis.

Novus Burgus in Wallia poſſeſſio Gul: comitis.

Donat: facta tempore Henr: 2.

Teſtes

Teſtes Donat: Hamelinus ab: Gloc: Abbas etiam de Dereford teſtis fuit. Prior de Bradeneſtok. Prior de Briwedon. Gilbertus capellanus domini Wig: Gul: de Aumari. Simon de Sancto Lando. Wido de Rocca. Barptol: de S. Mauro.

[Wilt:] *Edington [collegium de Bonis hominibus, ſive Bonhomes, com. Wilt.]*

Fundator Gul: de Edington epiſcopus Winton: 25. anno Edwardi 3.

Ante tempora Gul: epiſcopi erat ibi cantaria certorum capellanorum.

Pag. 36. [Norf:] *Weſtacre canon: regul:*

Radulphus de Toeneio dominus de Acra fundator.

Donatio facta Olivero & Galterio ejus filio, qui regulam ibi ſequebantur Cano:

Aelit uxor Toneii.

Gilbertus Blondus, Gul: de Portis, Rogerius Gros teſtes Donat:

[Somerſ:] *Bathe [com: Somerſet:]*

Henricus 1. rogante Joanne [de Villula] epiſcopo fecit Bath cathedralem eccleſiam de Somerſetſhire, aut factum Gul: patris ſui confirmavit.

Teſtes. Robertus comes de Mellant.
Henr: comes de Warwic.
Gul: de Albeneio, & Nigellus frater ejus.
Gul: de Curcy dapifer.
Gul: Barba dapifer.
Stephanus comes Britan:
Simon comes.
Gul: comes de Mountejoi. (Gul. Montejoi.)
Rogerus de Martinwaſte.
Richardus de Orviall.
Urſio de Abetot. c
Patritius de Caurgis.
Robertus filius Balduini.
Gualterus Hoſatus.
Rogerus de Novant.
Henr: de Portu.
Gualt: filius Anſgeri.
Gualt: filius Edwardi.

Gul: rex dedit civit: Bathon: Joanni epiſcopo in aug: pontific: ſedis ſuæ.

Teſtes: Robertus filius Geraldi. Robert: Diſpenſator.

Gul: junior & Henricus frater ejus ſtatuerunt ſedem epiſcop: Bathon:

Teſtes: Giſlebertus de Aquila. Goſfridus de Magnevilla. (Mandeville) Gul: Peverel de Doura.

*Abbatia*

*Abbatia de Rupe, alias Rok.* [Ebor:]

Richardus filius Turgis & R. de Bulli fundatores.

Teſtes. Ada de Novo foro. Hugo de Stenton. Odo filius Joannis. Gul: filius Raven̄. Jordan Peniel. Hugo de Langetvieil. Robertus Scalzeby. Gul: Bikaler. Gul: de Mileri. Richar: Barbot. Gervaſius Barnebie. Suano Foliotor.

*Whiteby* [*com: Eborac:*] [Eborac:]

Gul: de Percy fundator. Percy.

In Donat: appellat Hugonem comitem Ceſtriæ dominum ſuum.

Emma de Porte uxor Gul: Percy.

[Camd. 718. Hilda circa an: 664. fundavit monaſterium. Edelfleda, Oſwini regis filia, redditibus adauxit, cum ante Danicæ deprædationes evertiſſent. Serlo Percy inſtauravit.]

*Eſſeruge,* [*vulgo Aſhridge, colleg: de Bonhomes.*] Pag. 37. [Buck:]

Edmuudus comes Cornub: fundator.

Hic dedit bonis viris præter alias poſſeſſ: terras, quas in illis partibus habuit ex dono Uliani Cheynduit. Dedit illis etiam clauſum parci manerii de Eſſeruge.

*Crokeſden* [*com: Staff:*] *abbat: Barnard.* [Staff:]


Bertramus de Verdun, filius Normanni de Verdon & Lecelinæ, fundator.

Roihais uxor Berthrami.

Videtur ex Donat: Bertramus fuiſſe dominus de Staunford.

[Stowe. Fundatum pro ſalute animæ Normanni de Verdon patris, & Lecelinæ matris, circa an: 1176. Teſt: Rob: de Verdon, Walt: de Camvile, Adam de Adithley, Will: Panfulf, Dudulf de Biſers, Philippo de Draicote.]

*Redyng* [*com: Berk.*] [Berk.]




E Donat: Henr: 1.

Donavi monaſterio ipſam Radingiam, Cealſeiam, & Leonminſtriam, quas abbatias manus laïca diu poſſedit.

Teſtes Donat: Robertus comes Glouc: Gul: comes Surreiæ, Rogerus comes Warwik, Steph: comes Albemarle, Gul: camerarius de Tancarvilla, Brienus filius comitis de Warengforda, Hunfredus de Buhun, Robertus de Haia, Gul. filius Odonis, Hugo Bigotus.

*Kingeſwoode* [*com. Glouc. monaſter. Ciſterc.*] [Glouc.]

R. de Berkeley tranſtulit monaſteriolum quod prædeceſſores ſui fundaverunt.

Hoc monaſterium primo conditum apud vel prope Tebbyri in com. Gloc.

Reginaldus de S. Walarico auxit monaſter. de Kingeſwoode, dato illis parco * de Tetbury cum aliis.

Dominus Joannes S. Joannis dedit ante R. de S. Walerico terras in Haſeldene.

Bernardus de S. Walerico filius Reginaldi.

Eleanora uxor Bernardi.

Thomas (filius Bernardi) de S. Walerico. Ela uxor ejus.

Leyland.

Hinc apparet Reginaldum de S. Walerico fundatorem fuiſſe monaſter. de Tettebyri, quod alio tranſlatum Rogerum de Berkeley fundatorem agnovit.

[Salop.] *Haghemon* [*vulgo Hagmond*] *Canon. nigri.*

[Camb. 594. Domini Fitzallan ſi non fundatores, tamen benefactores præcipui.]

Ex charta Donat. Edmundi comitis de Arundel. at non primi fundator: Aqua de Pevereye. Leyland. Supra Salopiam millibus paſ: plus minus . . . . . cadit in Sabrinam.

Shrewardyn caſtellum. [Edmundus co: Arundel Benefactor: 18. E. 3.]

Pag. 38. [a] Aliza uxor hujus Gul.

Emma de Gaunte mater [a] Gul. Percy. Alanus pater Gul. Leyland. Hic Alanus fuit filius Gul. fundatoris de Whitby.

Hacheneſham, nunc Hacnos.

Fundatio de Whiteby facta tempore Gul. regis Angl: & Matildis reginæ.

[Eſſex.] *Waldene abbat. S. Jacobi.* [*com. Eſſex: fundata* 1136.]

Fundator Gaufridus de Mandeville comes Eſſex.

Teſtes: Gilebertus comes, Gregorius dapifer, † Pagano de templo domini, Warinus filius Geroldi, Adelardus de Guerr, Fulco de Nuers, Humfredus de Rochella, Gul. filius Alueredi, Gul. filius Eruald, Gul. Pultin.

[Devon.] *Neweham abbat. Barnard.*

Fundator Reginaldus de Mohun comes Somerſet. & dominus de Duniſtorre [1246.]

*Bukkenham Prior: Canon: [com: Norf.]* [Norf.]

Gul. Albeney primus fundator: nunc Edmundus Knevet.

*Cantaria Tompſon.* [Norf.]

Magiſter & 2. ſocii.
Joannes Shroudelow fundator.

Thomſon a 2. or 3. Miles from Watton Market.

*Wimundeſham.* [Norf.]

Gul. de Albaneio [co: Arundell:] fundator. Nunc Knevetus miles.

*Prior: S. Olavi.* [Norf.]

Rogerus filius Oſberti fundator. Deinde Gerninghams.

Habet jus Patronatus eccleſiæ de Borowcaſtel in Comit: Suffolc: Borowcaſtel.

*Colleg: S. Mariæ de Campis in Norwich.* [Norf.]

Decanus & Præbendarii.
Joannes Browne preſbyter fundator.

*Hoſpitale S. Egidii in Norwiche.* [Norf.]

Gualterus Suffeld, alias Calthorp, epiſcopus Norwic. fundator.
Magiſter, 3. Preſbyteri, & 12. pauperes mulieres, ſorores.

*Carew, moniales.* [Norf.]

Stephanus rex fundator.

*Collegium D. Mariæ de Metingham.* [Suff.]

D. Joannes Norwiche miles, & maris admirallus, fundator. Deinde D. de Wiloughby.

Hîc fuit peregrinatio ad S. Wanderedum.

Accepi hujus Norwicii uxorem antiquiorem caſtelli partem eo militante conſtruxiſſe. Hæc pars antiquior eſt in interiori parte domus, nec conferenda cum novis ædificiis.

*Bungey [com. Suff.]* [Suff.]

Domina Gundreda fundatrix. Nunc dux Northfolc. Gundreda uxor.

*Flixon monial. ord. S. Auguſt.* [Suff.]

Margeria Creke Baroniſſa fundatrix. Nunc epiſcopus Norwic.

*Radlingfeld monial.* [Suff.]

Manaſſes comes de Guenes fundator. Nunc dux Suffolc.

*Blyborough Prior. ord. S. Auguſt.* [Suff.]

[Camd. 466. Henricus primus rex fundavit collegium Canonicorum,

nonicorum, & dedit idem ut cellam Canonicis de S. Oſith.]
Abbas S. Oſithæ fundator primus & modernus.

[Suff.] *Abbatia * Sybeton [Ciſterc.]*

Da

D. Acres primus fundator. [Wilhelmus Cheyney primus fundator. Camd. 466.]

Pag. 60. *Wangford Prior. ord. S. Benedicti.*

[Suff.] Prior cum duobus aliis.
Fundator Doudo Aſini dapifer D. regis.

[Suff.] *Layſton abbatia.*

Radulphus de Glanvilla comes Suffolk. fundator.

[Suff.] *Briſeyard ord. Minoriſſarum.*

Dux Clarentiæ fundator primus.

[Suff.] *Butley Canon. ord. S Auguſt.*

Radulphus Glanfeld (Glanville) fundator. Nunc dux Sudfolc. ratione Manerii de Benham.

[Suff.] *Wodebrige Prior. ord. S. Auguſt.*

Ruffus fundator, poſtea Hanſerde.

[Suff.] *Campſey Prior. Monialium.*

[Theobaldus quidam fundator per Leiland in Itinerario.]
D. Joanna } Valence, ſorores & puellæ Moniales primæ
D. Agnes } fundatrices. Poſtea D de Wiloughby.

*Trew Prior. Tres tantum in domo.*

D. Joannes Bovile miles, primus fundator. Nunc Dominus Wingefeld.

[Suff.] *Gypſewich Prior. Canon.*

Normannus Gaſtrode filius Egnotri primus fundator. Nunc epiſcopus Norwic.

[Eſſex.] *S. Oſitha.*

m

Richardus Belavoys epiſcopus London. fundator. [1120.]

[Suff.] *Aye Prior. [com. Suff.]*

Mallet comes Southfolciæ. Robertus Mallet comes Suffolc. primus fundator. Nunc dux Suffolc.

[Eſſex.] *Yerles Colne Prioratus. [com. Eſſex.]*

Albericus de Ver [primus fundator temp. Hen. 1.]

[Eſſex.] *S. Botolphus in Colcheſtre Prior. Canon.*

Eynulphus vir religioſus (ord. S. Auguſtini nunc Patronus) fundator.

[Suff.] *Collegium S. Gregorii de Sudbyri.*

Magiſter, Preſbyteri quinque, 3. Conductitii.

* *Sic, cum duobus punctis ſub e.*

[Godwin.

[Godwin lib. epiſc. 103.] Simon de Sudbyri archiepiſcopus Cantuar. fundator, [qui cæſus fuit per rebelles Cantian. 1381. Æſtimatum tempore ſuppreſſionis annuatim diſpendere in terris $122^{l}. 18^{s}$.]

*Monaſter. S. Joannis de Colcheſtre [com. Eſſex.]* [Eſſex.]

Eudo dapifer [H. 1.] fundator [an. 1096. 10. W. R.] Habet cellam vocatam Barow, in qua eſt unus monachus.

*[Coggeſhall vel] Coxhall [com. Eſſex monaſter. monachorum Cluniac.]* Pag. 61. [Eſſex.]

Stephanus rex fundator [1141. 7. Ste.]

*Dunmowe Prioratus [com. Eſſex.]* [Eſſex.]

[Camd. 444. Juga primus fundator an. Do. 1111.] D. Fizwalter.

*Tiltey abbatia.* [Eſſex.]

Anglicus

Mauricius Ingliſch comes olim Eſſex, fundator primus. Nunc Marchio de Dorſete. [Mauritius Fitz-Gilbert fundator per Camden. 444.]

*Pritelwelle Prior. Cella de Lewes.* [Eſſex.]

D. Robertus [Sweno per Camd.] de Eſſex, & Emma ejus uxor fundatores.

*Kinges Hatfeld, alias Hatfelde Bradeoke, Prior. ord. S. Benedicti.* [Eſſex.]

Albericus Veer fundator.

[Camd. 453. Robertus tertius Co. Oxon. primus fundator, ibique jacet ſepultus tibiis tranſverſis.]


*Biligh, vulgo Byle, abbatia.* [Eſſex.]

Robertus Mantel Normannus fuit fundator Domus.

*Lyes Prior. ord. S. Auguſt. [Co. Eſſex.]* [Eſſex.]

noun

Radulphus Garuon miles fundator. Nunc Wentforth.




*Heningham Prior. Monial.* [Eſſex.]

Albericus de Ver comes Oxon. & Lucia ejus uxor prima ibidem Prioriſſa.

*Pleſciacum [com. Eſſex.]*
*Collegium de Pley. Sex ſocii.* [Eſſex.]

Thomas de Wodeſtoke dux Gloceſtr. primus fundator.

*Hatfeld Peverelle cella S. Albani.* [Eſſex.]

Gul. Peverelle miles fundator.

*Elſing*

[Londini.] *Elſing Spitel Prior. Canon: in London.*
Gul. Elſing Merſer * de London" primus fundator.

[Middlſ.] *Hoſpitale S. Barptolemæi in Weſt-Smithfelde in London.*
Royer Mimus Regis fundator.

[Middlſ.] *Collegium de Whittington in London.*
Magiſter, 4. Socii magiſtri in artibus, clerici conductitii duo, Choriſtæ 4.
Richardus Whitington Merſer de London fundator.

[Middlſ.] *Hoſpitale S. Mariæ extra Biſhopſgate.*
Gualterus Browne aldermannus de London.

[Ebor.] *[Gisburgh monaſterium.*
Camd. 721. Robertus de Brus primus fundator circa an. 1119. 20. H. 1.

Ebor. *Corham, ſive Coverham, in Coverdale, monaſter. Canonicorum.*
Camd. 729. Ranulfus dominus de Middleham primus fundator.]

Pag. 62. [Staff.] *Trentham Prior. ord. S. Aug. [dedicat. Stæ. Werburgæ.]*
Ranulphus comes Ceſtriæ fundator.

[Staff.] *Stone Prior. ord. S. Aug. [dedicat. Stæ. Mariæ & So. Wolfado.]*

[Stone.

Leofricus Co: Merciæ primus fundator. Ibi Wolferus, rex Merciorum paganiſſimus, filios Wolfadum & Rufinum, quod Chriſto nomen dediſſent, immani ſcelere trucidavit, quo loci quum poſteritas in eorum memoriam eccleſiolam ſacraſſet, oppidum ſtatim ſuccrevit, & ab illis ſaxis congeſtis ad deſignandum locum mortis, Stone nomen inditum fuiſſe memorat hiſtoria Petroburgenſis. Camd.

Moniales ante Conqueſtum fundatrice S. Ermenilda.

Poſt conqueſtum quidam Enſam, cui hæ terræ donatæ fuerunt, expulit Moniales, & induxit Canon: Regul: ex domo vocata Killingworth, cujus hæc domus cella fuit, quoad quidam Robertus Stafford obtinuit hanc domum eximi ex ſubjectione Killingworth anno D. 1260. [45. H. 3.] ut patet ex compoſitione facta apud Brewoode coram Rogero epiſcopo Lichefelden.

[Nott.] *Bewvale domus Chartuſien. in Diœceſi Ebor.*
Nicolaus de Cantilupo primus fundator.
Nunc Dominus de Souche & heres de Savage contendunt pro jure Patronatus.
Edwardus Bailliol rex Scotiæ dedit quandam ſylvam nuncupatam Wylley citra primam fundationem.
Et quidam Gul. Albroke miles dedit terras 4. libr. annuarum.

* *Hæ voces bis occurrunt in Autogr.*

*Prioratus*

*Prioratus or. S. Benedicti de Malverne Major.* [Wigorn.]
*Cella eſt Weſtmonaſter.*

Capella S. Joannis Bapt. vicina Prioratui, ubi S. Werſtanus martyrium pertulit.

Quidam Aldwine heremita cum ſuis fratribus incepit ædificare domum de Malverne xviij. anno Gul. Conqueſtor. Gul. Conqueſtor & Henricus ejus filius adjecerunt poſſeſſiones.

Henricus de Clare comes de Gloceſtria. Oſbernus Pontium & Richardus Pontium benefactores hujus domus. Henricus Clare. Oſbernus Pontium.

Avicot in comit. Warwic. cella, ubi ſunt 4. monachi. Avicot cella.

*Prior. de Malverne Minori.* [Wigorn.]

Jocelinus fundator.

*Prioratus S. Oſwaldi prope Gloceſtre.* [Glouc.]

Rex fundatorante conqueſtum. Leyland. Tunc libera capella fuit Regis.

Poſtea facta eſt juris Archiepiſcopi Ebor: qui Canon: reg: induxit.

In hac domo olim fuere Canon. Seculares, & hæc eccleſia erat collegiata à tempore Danorum uſque ad tempus Gul: Rufi, qui conceſſit hanc eccleſiam archiepiſcopo Ebor: loco dominii de Lynſey & Moteham, quod ipſe Archiepiſcopus dedit epiſcopo Lincoln: qui illud Dominium affectabat applicari ſedi epiſcopali Lincoln: propterea quod ibidem natus erat. Corpus S. Oſwaldi hîc ſepultum.

*Kingeſwoode.* Pag. 63. [Glouc.]

Rogerus de Barkeley D. de Barkeley fundator.

*Malmeſbiri abbat. ord. S. Benedicti.* [Wilt.]

Maildulphus Scottus primus fundator [circa an. 648.]

Deinde Ethelſtanus & Edgarus Reges.

Joannes Rex adjunxit caſtellum quod tunc adjacebat, & majorem partem urbis de Malmeſbyri.

Habet cellam de Pilton in comit. Devon.

[Camd. 242. Aldelmus ſucceſſor Maidulfi primus fundator Monaſterii, & fuit primus abbas ibidem, poſt cujus mortem Athelſtanus rex elegit eum ſanctum ſuum tutelarem.]

*Bradeſtoke Prior.* [Wilt.]

Gualterus Sarum Dominus de Roſemar originalis fundator.

Patricius primus comes Sarum dotavit.

Rex modernus ratione ducatus Lancaſtr: fundator.

Gul. Longeſpe benefactor Domus.

*Stanley abbat: Ciſtertien.* [Warr:]

Matildis imperatrix primo fundavit domum in loco vocato Loxwelle.

Deinde rex Henricus ſecundus tranſtulit fratres ad hunc locum, quem fundavit, & dedit eis dominium de Stanley.

Philippus Baſſet, } Benefactores.
D^{ns.} Radulphus, filii Stephani Regis, }

Eccleſia de Wotton Baſſet impropriat.

Hæc domus filialis Monaſter: de Quarrey in inſ: Vecta.

[Wilt.] *Laycok Abbat: monial: ord: S. Aug.*

Ela comitiſſa uxor Gulielmi Longeſpe comitis Sarum fundatrix.

*Kingeton moniales.*

[Wilt.] *Edington, Boni homines.*

Gul: Edington epiſcopus Winton: fundavit primo hanc domum pro Canon: Regul: & poſtea ex conſenſu Regio tranſtulit in Religioſos hujus Ordinis.

Benefactores.

Penley & Rowſe Milites. Jerberd & Bultington.

[Dorſet.] *Shirbourne Abbat.* [*com. Dorſet.*]

Etheldredus Rex fundator [circa 870.]

[Dorſet.] *Cerne Abbat:* [*com. Dorſet.*]

Ailmerus dux Cornubiæ fundator [tempore Edgari Regis.]
Canutus Rex Benefactor præcipuus.
[Per Camd. Auguſtinus apoſtolus Anglorum fundavit.]

Pag. 64. *Abbateſbyri.*

[Dorſet.] Orke, [œconomus Canuti Regis,] & Tola ejus uxor fuerunt fundatores.

Benefactores.

Thomas Lude & Eleanora ejus uxor.
D. Humfredus Staford Miles cog: Manus argentea.
Joannes Matravers Miles.
Joannes Cary Miles.
Gualterus Clopton Miles.
Thomas Stranguiſh.

indubie in Devonia.

[Devon.] *Forden filial: de Waverley.*

[Camd. fol. 206. Adeliza filia Baldwini de Okehamton fundavit monaſterium Ciſtertian. Monachorum 1140.]

Richardus de Albrett, alias Brionio, Baro de Okampton, fundavit monaſter. primo in loco vocato Brighteley, & ipſo mortuo abbas & conventus præ penuria illic diſceſſerunt, & Adelicia ſoror ipſius Richardi ipſos conſpiciens demigrantes verſus Waverle, unde prius venerant, eos retraxit, & fundavit hanc domum illis, & dedit eis hanc terram, & ipſa in eſcambium

bium accepit terram de Brightley prædictam. Et iſte locus tunc vocabatur Balneum cervorum, qui nunc Forda appellatur. Hertbath.

Pomeray } Benefactores.
Thracy }
Langford }

Abbatia de Forda in ulteriori ripa Axi flu. quod diſtinguit Somerſetſhire à Devonia.

*Midleton abbat. Diœceſis Sarum* [*com. Dorſet.*] [Dorſet.]

Rex Athelſtanus fundator [an. 896.]

Ethelwaldus dux magnus Benefactor.

*Tarente abbat: Monial: Ciſtertien: ord: Diœceſis Sarum.* [Dorſ.]

Richardus [Poore] epiſcopus Dunelmenſis fundator [qui obiit 1237. 22. H. 3.]

Robertus Rouſe miles benefactor.

*Shaſtesbyri* [*com. Dorſ.*] *Monial. ord. S. Bened.* [Dorſet.]

Æthelbaldus primus filiorum Ethelwolphi regis Weſtſax. fundator.

Ailbrithus frater 2. }
Æthelredus frater 3. } fundatores.
Aluredus frater 4. }

[Camd. 214. Elfgiva uxor Edmundi filii nepotis Regis Alfredi.]

*Wileton abbat: ord. S. Bened.* [Wilts.

Cantariæ de Elendoun, id eſt, Wiltoniæ, primus fundator erat Wulſtanus comes de Elendune, id eſt, Wiltoniæ.

Prioratus de Elendune, primus fundator erat Ecbertus primus rex totius Angliæ, & fundat: erat prior: 773.

[Camd. 246. Edgarus rex fundavit monaſterium Monialium apud Wilton, & fecit filiam Editham primam Prioriſſam, 874.]

Primus fundator abbat: de Wileton erat Alfredus junior filius Athelwolphi regis, qui conceſſit maner. ſuum in Wiltonia dicto Monaſter. Pag. 65.

Secundus fundator fuit Edwardus ſenior filius Alfredi Regis.

Tertius Æthelſtanus filius Edwardi Senioris.

Quartus Edmundus frater Athelſtani.

Quintus Edredus frater ſuus. Leyland. Edgarus hîc omiſſus totius Monaſterii reparator.

Sextus Gul: Conqueſtor.

Leilandius.

Miror quod hîc de Edgaro nulla mentio.

*Ambresbyri abbat: Monial: ord. S. Bened.* [*com. Wilt.*] [Wilt.]

Ethelredus rex primus fundator.
Edgarus rex.
Henricus 2. tranſlator & fundator.
Alienora Regina uxor Henrici 3.

[Camd. 254. Ailfritha Regis Edgari uxor prima fundatrix an. 979.]

[Wilt.] *Ivechirch* [*com. Wilt.*] *Prior. Canon. ord. S. Aug. Diœceſis Sarum. 4. Canonici.*

Henricus ſecundus fundator.
Robertus Bluntefdon Canon. Sarum. } Benefactores.
D. Robertus Hungreford miles. }

[Hampt.] *Chriſteschirch Priorat: or. S. Aug. Diœc. Winton:*

Bald. de Redveriis comes Devon.

[Camd. 259. Chriſtchurch habuit caſtellum & templum collegiatum, ſundatum temp: Saxonum. Radulphus Flammard, epiſcopus Dunelmenſis, inſtauravit temp. Hen. 1. & Ric. de Ripariis com. Devon. reddit. adauxit.]

Balduinus Redvers comes Devoniæ primus fundator, & ejus Succeſſores uſque ad tempus Elizabethæ de Fortibus, & in præſenti comites Sareſbiriæ cenſentur fundatores.

Tempore Stephani Regis tranſlata erat hæc domus à Canonicis Secularibus in Canonicos Regul.

[Hampt.] *Rumeſey abbat: Monial. ord. S. Ben.*

Edgarus rex fundator.

Rex Joannes dedit manerium de Edington cum pertinentiis in Comit. Wilteſhire.

S. Mudwenna.

Batildis Regina.

S. Ethelfieda ſepulta Rumeſiæ.

[Hampt.] *Horwell* [*alias Whorwell*] *abbat: Monial: ord: S. Aug.*

Edgarus rex fundator.

Alias ita ſcriptum reperio:

Alfritha uxor Edgari Regis: } fundatores.
* Aldredus rex Angl: }

Pag. 66. [Hampt.] *Eccleſia Cathedralis Winton:*

☞ Lucius rex Angl: primus fundator [189.]

Secundus Kinegilſus quintus Rex Weſt-Sax. & Kinewaldus rex ejus filius.

Benefactores Reges.

Ecbertus, Adulphus, Alfredus, Edgarus, S. Edwardus.

[Hampt.] *Hide abbat.* [*com. Hampt.*]

Alfredus rex: } fundatores.
Edwardus filius ejus: }

[Hampt.] *Monaſter: monial. S. Mariæ in Winton.*

[Camd. 266. Ælſwida regina uxor Ælfredi regis prima fundatrix. Vide ſupra 31.]

[Hamſ.] *Domus S. Crucis prope Winton.*

Henricus Bleſenſis epiſcopus Winton: fundator [(1132.33. H. 1.) qui obiit 1171.]

Sunt

Sunt ibi præter cuſtodem, Preſbyteros, & alios cantores, xiii. pauperes qui continuo aluntur.

Tenetur quotidie centum pauperes accipere in prandio, ſi tot venerint.

[Hen. Beaufort Cardinalis & epiſcopus Winton. præcipuus Benefactor.]

*Coilegium Novum [in Wintonia.]* [Hampſ.]

Gul. de Wikam fundator epiſcopus Winton: [1393. 17. R. 2.]

Gardianus, decem ſocii, tres conductitii, LXX. pueri, XVI. choriſtæ, tres clerici, pædagogus & ypodidaſcalus, ſunt incorporat: & decem ſcholares hoſpites ex fundatione.

*Bewley, abbat. Ciſtert. [com. Hampt.]* [Hampt.]

Joannes rex fundator.

*Prior. S. Dionyſii. Canon. ord. S. Aug.* [Hampt.]

Henricus * primus" rex Angl. }
Richardus 1. rex. Angl. } fundatores.

† *Netley" abbat. Ciſtertien.* [Hampt.]

Petrus Roche epiſcopus Winton. 1s. fundator. [obiit 1238. 22. H. 3.] Petrus de Rupibus.

Edmundus comes Cornubiæ: }
Robertus Ver: } Benefactores.

*Winteney, abbat: Monial. prope Hertford-Bridge.* [Hamp.]


Rogerus Colrith armiger, & Thomas ejus filius fundatores.

Deinde hereditas Colrithe pervenit ad Bluntos D. de Montjoye.

Colrithi ædes quo nomine nunc vocantur, ſunt 3. per mil. citra Alton qua itur à Farnham ad Alton. Gul. Montjoyus vendidit Colrithe.

*Rading abbat: [com. Berk.]* Pag. 67. [Berk.]

In feneſtra.




Henricus 1. fundator.

Matilda }
Adeliza } uxores Henrici 1i.

Benefactores.

Brientius.

Jocelinus Percy.

Ranulphus Cancellar. regis & filius ejuſdem.

Robertus Achard & Agnes uxor ejus.

Ada Hertington.

Ela comitiſſa.

Gul. & Richardus filii Henrici 1i. fundatores.

David rex Scotiæ.

Gul. comes de Penbroke.

* 2. *Supra lin. à manu Lelandi.* † Leteley *ſupra lin. à Lelandi manu. & recte.* Nicol.

Nicol. de la Ruge.
{ Rogerus comes.
{ Ida comitiſſa.
Hugo Mortimer.
Gul. Huntercumbe.
Rogerus * Lifford.

Rogerus Decanus de Cheauſey.
☞ Oſbertus decanus de Leonminſtre.
Reginaldus dux Cornubiæ.
Warinus filius Geraldi.

[Sur.] *Chertſey abbat.* [*com. Surr.*]

[Camd. 294. Frithwaldus princeps Surr. ſub Wolphero rege Merciæ fundavit monaſter. de Chertſey circa an. 660.]

† Eldredus rex primus fundator per Erkenwaldum epiſcopum [London.]
Edgarus per Ethelwaldum reparator.

Benefactores.

Thomas Okkam.
Joan. Rotherwik.
Gualterus Eton.
Petrus de Rochis epiſcopus Winton.
Gualterus de Chamham.
Habet cellam de Cairdigan in qua unus monachus.

[Sur.] *Prior. de Merton Canon. Reg. ord. Aug.*


[Camd. fol. 288. Monaſterium Nigrorum Canon. fundatum per H. 1. 1117. procurante Gilb. Vic. Surriæ apud Merton.]

Gilbertus Norman vicecomes Surrey, Cantabrigiæ, & Huntingdoniæ. Tempore Gulielmorum aut Henrici 1i.

Eccleſia de Kingeſton in Surrey cum 4. capellis annexis impropriata.

Benefactores.

Faramuſus de Bolonia dedit eccleſiam de Karſalton in ‡ Susfax.



In feneſtra.

Pag. 68. Gul. de Danmartin dedit eccleſ. de Effingham in Surrey.
Euſtathius comes Bolon: dedit eccl: de Sutton in Hampſhir.
Paganus de Bello-campo d. eccl. de Upton in Bukkinghamſ.
Stephanus comes Moriton: & Bolon: d. eccl. de Eiton Bedf.

* *Sic cum duobus punctis ſub* l. † *Sic cum duobus punctis ſub* l. ‡ *Sic cum duobus punctis ſub* f.

Pag. LXXI.



MB. ſculp.

Rogerus de Wancy d. eccl: de Stanſted in Hertfordeſh.

Stephanus rex dedit eccl: de Gumiceſtre, alias Godmancheſtre, in Huntingdonſh.

Radulphus de Kaines ded: eccl: de Cumbekaines in Dorſetſ:

Hic Radulphus de Kaines dedit aliquot præterea eccleſias.

Gul. Teſtarde dedit duas eccleſ: in Gilford in Surrey.

Robertus filius Brientii d: eccl: de Middleton Brien in Bedfordſ.

*Halywelle London.* [*monaſter. Monialium ord. Sti. Johannis Baptiſtæ.*] Middlſ.

[Stowe Surv. Lond. 427.] Epiſcopus London fundator. [Steph. Graveſend epiſcopus London præcipuus Benefactor: 1318.

Tho. Lovell miles Gart. reædificavit temp. H. 7. & H. 8. Æſtimatum tempore Suppreſſionis 31. H. 8. ad 293. *l.* per annum.]

[*Monaſterium*] *S. Helenæ London:* [*Monial. Nigrar.*] Middlſ:

[Stow. Surv. Lond. 173.] D. Gul. Baſing [Decanus Pauli] fundator [temp. H. 3. & ibi ſepultus.

Wilhelmus Baſing Vic. London. præcipuus Benefactor temp. E. 2. Æſtimatum temp. Everſionis 30. H. 8: annuatim diſpendere 314*l.* 2*s.* 6*d.*]

*Huntingdon Prior. ord. S. Anguſt.* [Hunt.]

[Camd. 497. Matildis Imperatrix &] Euſtachius Luffetofte comes Huntingdon fundat.

*Sawtree abbat. Barnard.* [*Com. Hunt.*] [Hunt.]

Simon Seyntclere, Sylvanectenſis, 2. comes Huntingdon & frater Regis Scotiæ, primus fundator [an. 1146.] S. Saintliz.

*Buſchemede Prior.* [*Canon.*] *ord. S. Aug.* [Bedf.]

3. *Miles from S. Neotes.*

Fundator D. Latimer.

Solebant hîc venerari quendam heremitam 1m. fundatorem domus.

[Hugo Beauchampe & Rogerus frater ejus primi fundatores. Camd. 401.]

The Chapel were ſumtyme the Heremitage was nere the Priory ſervith in ſtede of the Paroch Chirche.

*Hinchingbroke Prior. Monial.* [Hunt.]

*S. Neotus Prior. ord. S. Bened.* [Hunt.]

Primus fundator Alricus comes.

Secunda fundatrix comitiſſa Royiſ[ia uxor Ric. Co. Clare temp. H. 1.]

*Stoneley Prior. D. Mariæ ord. S. Auguſt.* [Hunt.]

Gul. Mandeville comes de Eſſex 1. fundator.


Modernus Carolus de Winfeld rat: attincturæ D. Bukingham:

[Camd. 501. Monaſterium de Stoneley fundatum per . . . . . Bigrame.]

Rectoria


Rectoria de Kimmolton: appropriata.

[Leic.] *Landa [Com. Leic.] S. Jo. Bapt. Prior. ord. S. Aug.*



Richardus Baſſet [de Weldon] 1. fundator.

Modernæ, filiæ cujuſdam [Jo.] Urmonde [viz. Eliz. ux. Ant: Babington de Detik com. Derb: Johan. ux. Tho. Denham de Eythorp Com. Buck. Anna ux. Willhelmi Metong S. P.]



Pag. 69. [Leic.] *Woſolveſton [vulgo Owſton com: Leic.] S. Andreæ abbat. ord. S. Aug.*

RobertusGrymband milesfundator 1s.

[Leic.] *Hoſpitale de de Burton S. Lazari [com. Leic.] Profitentur Regul. S. Auguſt.*




Magiſter & 8. confratres.

Mulbray dux Norfolciæ primus fundator.

Modernus dux Norfolc. vel Bercleius.

[Leic.] *Crokeſton abbat. [Com. Leic.] S. Jo. Evang. Præmonſtr.*




Primus fundator Andreas Luterelle [Miles.]

Modernus D. de Berkeley.

[Lanc. Hornby.] Habent cellam, & tres confratres apud Horneby in comit. Lancaſtr.

[Leic.] *Kyrkeby Bellers [Com. Leic.] Prior. or. S. Aug.*




Rogerus Beller 1s. fundator.

Nunc quia nullus eſt ejus Succeſſionis, epiſcopum Lincoln. accipiunt pro fundatore.

*Chixſand S. Mariæ Prior. Gilbert: in Comit: Bedford.* [Bedf.]
*Viri & feminæ.*

Paganus de Bello campo, & Roiſia comitiſſa de Bello campo fundatores. Roiſia ſepulta in Chikeſand in Domo capitulari.

Modernus dux Norfolc.

Canon. de Newenham affirmant Roiſiam fuiſſe matrem Simonis de Bello campo ſui fundatoris.

*Caldewel prope Bedford. Prior. or. S. Aug.* [Bedf.]

Simon Baſket Aldremannus de Bedford 1[s]. fundator.

D. Latimer modernus.

[Aliis per Galfredum religioſum & Simonem Berſtow: 1152. 18. St.]

*Newenham Prior. ord. S. Aug. [com. Bedf.]* [Bedf.]

Fundator Simon de Bello campo, & tranſlati erant ex Canon: Secular: de Eccleſia S. Pauli de Bedford per Simonem de Bello campo.

D. de Northfolk modernus ratione Moubray.

*Lavenden: abbat. Præmonſtrat. [Buck.]*

Joannes Bydon D. de Lavenden 1[s]. fundator.

Modernus D. de Zouche.

*Harwolde Prior. Monial. or. S. Aug. [com. Bedf.]*

Sampſon de Forte primus fundator.

*Prior. Sancti Andreæ infra Northampton.*

Simon Sylvanectenſis [ſive S[t]. Liz] comes Northampton, qui advenit cum Gul. Conqueſtore, primus fundator.

*Monaſter. S. Mariæ de Pratis extra Leyceſtre, Abbat. Canon. Regul. or. S. Auguſt.*

Robertus Boſſewe comes Leyceſtre tempore Steph. Regis fundator.

Amitia de Boſſu uxor Roberti.

Robertus Blaunchemains filius eorum comes Leyceſt. & Petronilla uxor ejus.

[Roiſia ux. Pagani Beauchampe prima fundatrix de Newenham. Camd. 401.]


One of the Lorde Latimers Wifes lyith at Newenham.

Simon de Bello campo ſepultus ſub plano marmore coram ſummo altari in eccleſ: S. Pauli Bedefordiæ.

One Edwarde Clynton Eſquier, that maried a Duches of Northfolke, lyith at Newenham not far from the Lady Latimer.

There lyith on Haſilden, and one Launſelin that had a Houſe and Land by Mr Gaſcoyne, and Pygot gyvyng in Armes the Hamer. Gaſcoynes had Parte of Pygotes Landes.

In feneſtra. Pag. 70. [Leic.]




Robertus filius Petronillæ comes Leyceſtre.

Simon de Monte forti comes Leyceſtr.

Benefactores præcipui.


Henricus 4 rex Angl.
* Gul † dux Lancaſtriæ.
Radulphus comes Ceſtriæ.
Gul. Avenelle.
Robertus Colle.
Reginaldus Baſſet.
D. Simon Iſlep archiepiſcopus Cantuar.
Hugo de Ardena.
Margareta de Quyncy.
Rogerus de Quyncy.
Arnoldus de Boſco, primus.
Arnoldus de Boſco, 2s.3.& 4.
Anketellus Malory.
Radulphus Turville.
Thomas Lathbury.
Thomas Erdington miles.
Gul. Aſton.

[Rutl.] *Prior: de Brooke [Com. Rutl.] or. S. Aug. cella de Killingwerth. Duo Canonici præter Priorem.*

Walkelinus de Ferrariis D. de Ocham 1s. fundator.

*V*

Leic. *Welveſcrofte [com. Leic.] Prior. ord. S. Aug.*




Rogerus Quyncy comes ‡ Leyceſtræ" fundator primus. Modernus marchio Dorſette.

[Leic.] *Collegium D. Mariæ minoris de Leyceſter. Magiſter & 7. ſocii.*

Fundator monaſterii de Leyceſtre erat hujus collegii fundator.

[Leic.] *Collegium novi operis de Leyceſter:*

Habet annuos reditus octingentarum librarum.
Henricus dux Lancaſtriæ 1s. fundator.
Duodecim Præbendarii præter Decanum & Cantores.

[Leic.] *Bradeley Prior. or. S. Aug.*

Duo canonici in domo.
Robertus Bundy 1s. fundator.
D. Scrope fundator modernus.

*ham Montegue.*

Pag. 71. *Buſteleſden Prior. Canon. or. S. Aug.*

[Suff.] *Collegium de Stoke Clare in Southfolk.*

Decanus.
Præbendarii.
Octo olim Preſbyteri, nunc tantum ſex.
Quatuor clerici ſeculares.
Quinque choriſtæ.
Comes de Mortuo Mari originalis patronus collegii.

† *Supra lin. à manu Lelandi,* forſan Bruer.

‡ Wintoniæ *ſupra lin. à manu ipſius Lelandi. Et recte.*

*S. Germanus in Cornubia Prior. or. S. Aug. Octo Canon. & Prior.* [Cornub.]

Ethelſtanus 1s. fundator.

Epiſcopus Exonienſis poſtea canon: Reg. induxit autoritate regis. Barptolemeus epiſcopus.

Fuit tempore Ethelſtani ſedes Epiſcopalis, quæ poſtea per S. Edwardum confeſſ: regem tranſlata fuit ad eccleſiam Exonienſem. Et poſt B. tunc epiſcopus Exon: hîc fundavit monaſter. Canon: Regularium.

Ex charta Donat: Æthelſtani.

Erexit in eccleſia S. Germani quendam Conanum epiſcopum, anno Di. 936 Nonis Decembris.

Ex charta B. epiſcopi Exonienſis tempore Henrici ſecundi.

Ego eccleſiam S. Germani in Cornubia, parum eccleſiaſtice & pene ſeculariter converſantem, in vitam Canonicorum Regularium Religionis & pietatis intuitu converti.

Barptolemeus epiſcopus Exonienſis, qui fuit familiaris Balduino archiepiſcopo Cantuarienſi.

Balduinus archiepiſcopus Cantuar. factum approbavit.

Fuerunt ſucceſſive undecim epiſcopi in eccleſia S. Germani.

Deinde ſedes & canonici Seculares tranſlati Exon.

*S. Petrocus de Bodmyne or. S. Aug.* [Cornub.]

Ethelſtanus rex monachos hîc poſuit primum.

Poſtea introducti ſunt Canonici ſeculares.

Tandem vero Canon: Regular:

Leyland.

Sunt qui putent monachos immediate tranſlatos in Canon. Regul.

Hæc quæ ſequuntur tranſcripta ſunt ex antiquis Donationum chartis.

S. Petrocus monaſticam profeſſus vitam ſub Regula D. Benedicti apud Bodminam tunc temporis vocatum.

Boſmana, id eſt, manſio monachorum in valle, ubi S. Guronus ſolitarie degens in parvo tugurio, quod relinquens tradidit S. Petroco.

Quam regulam uſque ad tempus Athelſtani monaſticæ dicatam diſciplinæ monachi ibidem tenuerunt. Pag. 72. Ano.D.900.

Primus fundator Æthelſtanus. Ano. *926.

Mortuis tunc ibidem monachis in ſortes clericorum heredipetarum maxima pars redditųum ceſſerat.

Supervenientibus Normannis expugnata erat Anglia, & diadema cum jure regni victoribus tranſlat. Ano. D. 1066.

* sic, cum duobus punctis ſub 2.

An°. D. 1100. Poſt hæc comes Moritoniæ & Cornubiæ, quod in monaſterio ſupererat in uſus proprios convertit.

Tandem orta inter regem Henricum & Robertum fratrem ejus diſcordia, comes incarceratus mortuus eſt, & tali modo eccleſiæ poſſeſſio in regis devolvitur proprium.

58°. anno & 25. regis Henrici Imi. Sed poſt hæc quidam Algarus cum conniventia epiſcopi Exon. Gul: Warweſt obtinuit licentiam à rege, ut eadem eccleſia Regul: dicaretur diſciplinæ: qua obtenta, incepit ordo Canon: Regul. & perſeveravit in hunc diem.

Cui epiſcopo rex fundationem hujus monaſter. contulit cum ſitu & terris vicinis.

Joannes rex dedit Canon: S. Petroci Done-meyr in Cornubia.

[Cornub.] *Trewardreth Prior.* [*ord. Clun.*]

D. de Dinham primus fundator. Cujus heredes vendiderunt jus patronatus Richardo primo.

Robertus Fitzwilliams ſepultus in eccleſia ante crucifixum fuit 1ˢ. fundator. Quidam ex Dinamiis duxit in uxorem unam ex filiis Fitzwilliam.

[Cornub.] *Launſton Prior. ord. S. Aug.* [*Com. Cornub.*]

Primum erant Canon: Seculares ante Conqueſtum in eccleſia S. Stephani in Launceſton. Deinde Gul: Warweſte epiſcopus Exonienſis tranſtulit locum alio, & Canon. Regul. induxit.

[Camd. 196. Reginaldus co: Cornubiæ tranſtulit Canonicos in monaſterium Monachorum a°. 1150.

Hamp. *Whorwell monaſterium com. Hampt. fundat. circa* 979.

Camd. 262. Ælfritha Regina prima fundatrix, ut expiaret graviſſimum ſcelus in tollendo Edw: regem privignum, & cædem Athelwoldi comitis nobiliſſimi primi mariti ſui, quem Edgarus rex huc venandi gratia evocatum transfixit, quod ſibi in amatoriis conſiliis illuſiſſet, & hanc Ælfritham forma præſtantiſſimam malis artibus ſibi præripuiſſet.

Hampt. *Redbridge monaſterium.*

Camd. 262. Monaſterium de Redbrige enaſcente Saxonica eccleſia fundatum, cujus abbas Cymberth baptizavit duos fratres puerulos Arvandi regis Vectis carnificis manum jamjam ſubituros.

Hampt. *Winton: eccleſia Cath.*

Camd. 265. Wilhelmus Wickham epiſcopus Winton. fundavit occiduam eccleſiæ partem à choro eleganti opere & magno ſumptu, in cujus medio inter duas columnas cernitur ipſius tumulus.

Hampt. *Hoſpitale de Porteſmouth.*

Camd. 268. Petrus de Rupibus epiſcopus Winton. primus fundator.]

*Godſtow*

*Godſtow abbat. Monial.* Pag. 73. [Oxon.]

[Camd. 376. Ida vidua opulenta prima fundatrix.
Johannes rex inſtauravit & annuo cenſu dotavit.]

*Einſham abbat: Monach. Benedict.* [Oxon.]

[Quidam Æthelmarus nobilis co: Cornub: primus fundator.
Æthelredus rex confirmavit monaſterium monachis Benedictinis an. 1005. Camd. 374.
Robertus Bloet epiſcopus Linc. præcipuus benefactor.]

*Bruern abbat: Bernard.* [Oxon.]

Nicolaus Baſſet primus fundator.

*Wroxton: Prior: D. Mariæ ord. S. Aug.* [Oxon.]

[Michaël Bilett pro Hervea Bilett patre tempore Johannis.]

*Catiſby Prior. Monial. or. Ciſtertien.* [Northampt.]

*Prior. S. Mariæ de Canons Aiſcbeby.* [Northampt.]

*Prior. S. Mariæ & S. Joannis de Chacombe, Canon. or. S. Aug.* [Northampt.]

*Biſſeter Prior. Canon. or. S. Aug.* [*St. Edburge.* [Oxon.]

Gilbertus Baſſet & Egelina Courtney uxor ejus primi fundatores temp: H. 2. poſt Domini Straunge de Knocking: Camd. 377.]

*Studley Prior: Monial. S. Mariæ.* [Oxon.]

[Petrus Corbuchun fundat.
Wilhelmus de Cantelupe.]

*Notley Prior. Canon. or. S. Aug.* [Bucks.]

*Tame abbat. Bernard.* [Oxon.]

[Camd. fol. 383. Alexander epiſcopus Linc. primus fundator.]

*Dorcheſtre abbat: Canon: or. S. Aug.* [Com. Oxon.]

[*Abbington monaſterium com. Berk.* Berk.

Camd. 279. Ciſſa rex Occident. Saxonum primus fundator.
Edgarus rex inſtauravit.

*Helneſtowe monaſter. Monialium, com. Berk. poſt tranſlat. ad Witham.* Berk.

Camd. 279. Cilla ſoror regis Cedwallæ, reg. occid. Saxonum, prima fundatrix, & fuit prima abbatiſſa ibidem circa an: Do. 680.]

*Hoſpitale*

Pag. 74. [Somer.] *Hoſpitale S. Joannis in civitate Well. or. S. Auguſt.*

Fuerat hic Hugo ante archidiaconus Wellenſis, & Hugonem Cartuſianum ſecutus eſt. Lege Polyd. fol. 270.

Hugo Lincoln. epiſcopus 1s. fundator.
Deinde Jocelinus epiſcopus Bathon.
Edmondus Lions miles Benefactor.
Redditus multum decreverunt. Nam primo habebant ducentas markas annuas.

[Somerſ.] *Cathedr. eccl. de Welles.*

Inas rex Occident: Saxon.] primus fundator [circa an. 704.
Robertus epiſcopus Batho-Wellenſis reparator.
Joſcelinus de Welles epiſcopus reparator 1239. 24. H. 3.
Radulphus Shrewſbury epiſcopus præcipuus Benefactor temp. E. 3.
Jo: Harewell epiſcopus præcipuus Benefactor, qui obiit 10. R. 2.
Nic. Budwith epiſcopus Benefactor.
Tho: Bekington epiſcopus Benefactor.
Rob: Stillington epiſcopus Benefactor.]

[Somerſ.] *Michelney abbat. Benedict.*

Ina primus fundator.
[Athelſtanus rex fundator an. 896. per Camdenum 222.]

[Somerſ.] *Athelney.*

Aluredus rex fundator. [an. 888.]

[Somerſ.] *Prioratus de Bucland or. S. Joannis Hieroſoly. in Anglia: Moniales Diœc. Bath.*

[Somerſ.] *Hoſpitale S. Joan. Bapt. de Bridgwater.*

Gul. Bruer primus fundator. Poſtea comites Merchiæ, & Di. de la Zuſche.
Modernus D. de Dawbeney.
xiij. pauperes alit præter Religioſos & peregrinos.

[Somerſ.] *Prior. de Canington Batwellen: Diœceſis Monial.*

Robertus Curcy primus fundator.
Modernus comes Northumbr.

[Somerſ.] *Abbat. de Clive Barnard. Bathon. Diœc.*

Camd. 220. Wilhelmus de Romara conſanguineus com. Linc. fundavit monaſterium de Clive monachorum alborum.

Gul. Roomere Erle of Lincoln 1.s fundator.
Modernus dux Suffolchiæ.

[Somerſ.] *Barlinche Prior. ord. S. Aug. [Nigror. Canonic.] Bathon. Diœc.*

Gul. Say primus fundator.
Modernus Edmunde Fetipaſe of Beſelliſlegh beſides Oxford.

Vectis. *[Quarre in Inſula Vectis.*

Camd. 274. Monaſterium Monialium fundatum apud Quarre 1132.

*Godſhill*

*Godſhill inſula Vectis.* Vectis.

Camd. 274. Johannes Worſley fundavit ſcholam Grammatices.

*Careſbroke in Inſula Vectis.* Vectis.

Camd. 276. Prioratus de Careſbrook.]

*Prior. S. Mar. Magdalenæ de Bardeſtaple.* Pag. 75. [Devon.]

Johelus de Tottenas filius Aluredi primus fundator.

Deinde Dux Exceſtriæ ratione caſtelli de Bardeſtaple.

Modernus Dux Richemondiæ ratione caſtelli de Bardeſta:

*Prior. de Pylton: cella de Malmeſbyri.* [Devon.]

Æthelſtanus rex fundator.

*Prior. Canon. or S. Aug. B. Mariæ, Gregorii & Edmundi, de Friſtoke Exon. Diœceſis.* [Devon.]

Robertus de Bello campo miles 1$^{s}$. fundator.

Stapleton epiſcopus Exon ſecundarius.

Quatuor præter Priorem Canon.

*S Nictanus, alias Hartland, Prior. Canon. or. S. Auguſt.* [Devon.]

[Godwin. lib. epiſc. 324. Willhelmus Bruer baro primus fundator.]

D. de Dinham primus fundator.

Poſtea 4. filiæ Dinhami, quarum prima nupſit D. de Fizguaren, ſecunda D. de Lazouche, 3. Gul. Baro de Carew militi. Quarta Joanni Arundelo militi.

*Taveſtoke abbat. Benedict. [com. Devon.]* [Devon.]

Ordulphus comes Cornubiæ fundator [961. filius Orgari co: Devon.]

Habet hoc monaſter. duas cellas, unam prope Exceſter Cowike vocatam: alteram in inſulis Scyllanis.

[Livingus abbas de Taveſtok, poſt epiſcopus Wigorn. præcipuus benefactor, qui obiit 1046. ibique ſepultus ]

[4. E. 1. 1275.] *Buclande.* [Devon.]

Amitia comitiſſa Devoniæ, [uxor Balduini co. Devon.] 1$^{a}$. fundatrix, [filia Gilberti de Clare, Com. Glouc. & Hertf. quæ obiit 12. E. 1.]

Iſabella de Fortibus, filia & heres ejuſdem Amitiæ, donat. confirmavit.

Modernus fundator comes Devon.

*Plymton [com. Devon.] Prior. Canon. Reg. or. S. Aug.* [Devon.]

Rex Angliæ fundator ante conqueſtum, & poſtea uſque ad tempora Henrici primi, qui capellam liberam de Plimton cum pertinentiis dedit Gul. Warweſt epiſcopo Eoxon: qui ibidem inſtituit Canon. Regulares: [qui Wilhelmus abdicato epiſcopatu fit ibi Canonicus. obiit cæcus 1127. 28. H. 1.]

*Cellæ*

*Cella S. Antonii in Cornewalle.*

*Marſche cella inter Exceſter & Exmouth.*

[Devon.] *Buckefeſtre abbat. Bernard.* [*com. Devon.*]




Ethelwardus filius Gul. Pomerey erat primus fundator.

Modernus dominus rex.

[Devon.] *Prior. S. Mariæ de Tottenes, monachi Cluniacen.*

Rogerus * Nuuatte fundator primus.

Deinde D. Zouche ejus heres.

Henricus 7. ratione attincturæ D. Zouche dedit jus Patronatus Petro Edgecombe militi.

Pag. 76. [Devon.] *Prior. Monial. de Cornewordy.*

[Devon.] *Abbat. S. Salvatoris de Torre. Præmonſtraten.*

[G.] Bruer duxit in uxorem [Johannam filiam & coheredem Wilhelmi de Vernona com: Devon.]

Gul. Bruar magnus avunculus Joannis Regis, ratione Dominii de Torra Mohun.

Modernus Marchio de Devonſhire D. de Torre Mohun.

[Devon:] *Prior ſive Hoſpitale S. Joannis Bapt. or. S. Auguſt:* [*in Exceſtre.*]

Gilbertus & Joannes mercatores de Exceſtre, & filii Joannis Longe fundatores.

Modernus epiſcopus Exon.

Quinque Preſbyteri. Novem pueri. xii. pauperes.

Walterus Bronefcombe, & Petrus Quivill, & Walterus Stapledon epiſcopi Exon. præcipui benefactores.]

[Devon.] *Prior Monial. de Polleſloo or. S. Bened.*

[Ws.] frater Gul. Bruer avunculi Joannis regis.

D. Bruar epiſcopus Exon. fundator.

[Devon.] *Prior. S. Nicolai de Exceſter or. S. Bened. cella eſt de Batelle.*

Gul. Conqueſtor fundator.

[Devon.] *Prior. de Cowike cella facta de Taveſtoke recentioribus temporibus.*

[Devon.] *Cathedral: eccleſ. de Exceſtre.*

[Etheldredus rex filius Ethelwolfi regis fundavit monaſterium an. Do. 868.]

Æthelſtanus fuit primus fundator hujus eccleſiæ, qui fun-

* *Sic, cum punctis ſex.*

davit

davit domum [Benedict.] monachorum [in honorem D. Petri: 932.]

Divus Edwardus Confeſſor tranſtulit monachos ad Weſtmonaſter: Londini: & erexit hanc eccleſiam in ſedem epiſcopalem, tranſlata eccleſ: cathedr: à Cridington ad hanc ſedem, & conſolidavit ac univit eccleſiam cathedr: S. Germani & S. Petroci in Bodmyne huic eccleſ: cathedr: Exon. & voluit epiſcopum appellare epiſcopum Exonienſem. Et dictus D. Edwardus dedit omnes & ſingulas terras ſpectantes ad monaſteria 24. canonicis ad ſuſtentationem tam eorum, quam aliorum miniſtrorum ejuſdem eccleſiæ deo ibidem ſervientium.

*S. Maria de Otterey eccleſ: collegiata.* [Devon.]

The Numbre by the Fundation.

A Cuſtos or Gardian, Præbendarii octo, Vicarii decem, Magiſter Muſices, Magiſter Grammatices, duo Sacerdotes Parochiani, Secundarii octo, Choriſtæ octo, duo Clerici S. Aquæ bajuli.

Joannes de Grandiſono epiſcopus Exon: 1ˢ. collegii fundator. [Obiit 1369. 44. E. 3.]

*Abbat de Newnham Exon. Diœceſis Bernardini.* Pag. 77.]

Reginaldus Mohun comes Somerſetfundato 1ˢ. [an. 1246.] [Devon.]

*Dunckiſwel abbat. Ciſtertien.* [Devon.]

Gul. Bruar firſt Founder. Syns the Duke of Lancaſtre Founder.

*Canonleghe abbat: Monial. or. S. Aug.* [Devon.]

Gualterus Clavelle primum fundavit monaſter. Canonicorum Regul.

Poſtea D. Matildis Clara comitiſſa de Clara & Hereford induxit Moniales.

Deinde comites de Werwike fundatores.

Nunc vero Reges Angl. ratione attincturæ comitis de Warwike.

*Taunton Prior. Canon. Reg. or. S. Aug. Bathon. Diœceſis.* [Somerſ.]

Gul. Giffarde & Henry Bleſance (Bleſenſis) epiſcopi Wintonienſes fundatores.

*Mons acutus Prior. Benedict.* [Somerſ.]

Gul. comes Moritoniæ in Normandia frater uterinus Willhelmi Conqueſt. primus fundator.

Sed à tempore Henrici primi Reges Angl. fundatores.

Hoc monaſterium habet 4. cellas, videlicet,

Carſwelle,

Holme,

S. Caroke,

Mallepaſſe in Walliæ finibus.

Unaquæque harum cellarum alit duos monachos.

[Dorſ.] *Byndon abbat. [com. Dorſet.] Ciſtertien.*

Matildis Arundele comitiſſa Sarum quæ nupſit Gul. Newbrough prima fundatrix.

[Dorſet.] *Capella Regia ſive Collegium de Twinbourne.*

[Camd. 182. Cuthburga, Inæ Occidentalium Saxonum regis ſoror, fundavit monaſter. monialium apud Winburne 720, poſt repudium viri ſui regis Northumbriæ, in quod poſtea Canonici introducti ſunt.]

Decanus, quattuor Præbendarii, Cantariſtæ 3. ex fundatione D. Thomæ Brembre Decani de Twinbourne.

Præterea duo alii Cantariſtæ.

Vicari 3. Secundarii 4.

Fuerunt hîc tempore Cuthburgæ virginis Moniales.

Edwardus . . . . . rex Angliæ induxit Canon. Seculares.

Horneby Decanus Benefactor.

Hîc eſt Schola Grammatices, [erecta per Marg. comitiſſam Richmond.]

Pag. 78. [Dorſet.] *Cranborne [com. Dorſet.] cella de Theokesbyri.*

[Camd. 217. Ælwardus nobilis ab albedine dictus Meaw 930. fundavit monaſterium.]

Alredus Meaw comes Gloceſtriæ primus fundator.

Famulabatur huic antiquitus monaſter: de Theokeſbyri. Sed Robertus filius Haymonis comes Gloceſtriæ dedit prædia hujus domus monaſterio de Tewkeſbyri.

Prior & duo monachi.

*Horton cella de Shirburne.*

Orgarus comes Devoniæ 1ˢ. fundator.

Poſtea quidam Rogerus epiſcopus de Shirburne obtinuit ab Henrico primo ut poſſeſſiones monaſterii de Horton tranſferret ad monaſterium de Shirburne.

[Wilt.] *Collegium S. Edmundi civitatis Sarum.*

[Wilt.] *Collegium S. Nicolai in valla Sarum.*

Cuſtos, quatuor ſocii, duo capellani.

*Hoſpitale S. Nicolai prope Harnam Bridge.*

[Wilt.] *Ecclеſ. Cathedr. Sarum.*

Oſmundus epiſcopus fundator Cathedr. eccleſ. in veteri urbe Sarum.

Richardus Poore (Pauperculus) epiſcopus Sarum fundator novæ eccleſiæ.

[Wilt.] *Prior. de Bromere Canon. Reg. or. S. Aug. Winton. Diœceſis.*

Balduinus de Rivers primus fundator.

*Prior.*

*Prior. S. Trinitatis de Motisfont C. or S. Aug.* [Hampſ.]
Gulielmus Brewer primus fundator.

*Asſheridge Collegium ſive Domus S. Sanguinis Chriſti * fundata Boni homines in honore S. Sanguinis Chriſti. Lincoln: Diœceſis.* [Buck.]

Edmundus comes Cornubiæ & filius Richardi Regis Alemanniæ primus fundator.

*Duneſtaple [com. Bedſ.] S. Petri Prior. Canon. or. Aug.* [Bedf.]
Henricus primus rex Angl. fundator primus.

*Prior. S. Trinitatis de Boſco (Moniales) juxta Markgate.* [Bedf.]
Rogerus abbas S. Albani primus fundator.
Modernus fundator Decanus S. Pauli London.

*Prior. Monial. S. Ægidii in boſco Lincoln. Diœceſis.* Pag. 79.
Rogerus ‡ Tawney Ds. de Flamſtede primus fundator. [Hertf.]
Modernus Rex.

*Prior. S. Margaretæ in Parochia de Ivynghe. Moniales Lincoln.* [Buck.]
Henricus epiſcopus Winton. primus fundator.
Redditus annui decem libræ.

*Twekesbyri Monaſter. ſuper Avonam [com. Glouc.]* [Glouc.]
Oddo & Doddo comites Merciorum fundatores ante conqueſtum.
Robertus filius Haymonis poſt conqueſtum fundator.
Henricus 1s. rex Angl. & Robertus conſul ejus filius nothus præcipui Benefactores.
Eccleſia de LLanblethian appropr.
Eccleſia de Thornebyri appropriata.
Eccleſia de Starton, alias de Staverton, appropr. præter alias multas.

*Eoveſham [com. Wigorn.]* [Wigorn.]
Etheldredus & Kenredus Reges Merc. fundatores.
Offa Rex & Egwinus epiſcopus benefactores.
Eccleſia de Leyland appropriata.

*Gloceſtre. Benedictini.* [Glouc.]
Oſricus Regulus [Northumbriæ] primus fundator inſtituit moniales [circa an. Do. 700.]
Canutus rex tranſtulit in Canon. Seculares.
Gulielmus Conqueſtor induxit monachos.

[Aldredus archiepiſcopus Ebor. fundator monaſterii circa an: 1060. Nunc templum Cath: poſtquam H. 8. rex inſtituit epiſcopatum, pro epiſcopo, decano, & 6. Præbendar:]

Standeley Leonardi cella hujus domus redditus annuos habet centum librarum. [Glouc.]

* *Sic plane in MS.* ‡ *Lege* Toney. *Sic enim correxit Burtonus.*

[Munmuth.] *Lantony.*

Milo de Boue. Milo de † Boue conſtabularius de Gloceſtre & comes de Herforde originalis fundator.

[Glouc.] *Hoſpitale D. Barptolemæi de Glceſtre prope pontem Sabrinæ.*

Primus fundator ignoratur.

Magiſter & tres fratres præter pauperes.

[Glouc.] *Cirenceſtre Canon. or. S. Aug.* [*com. Glouc.*]

Prima inſtitutio Canon. Secular.

Secunda Canon. Regul. per Henricum 1. Regem, qui abſtulit primæ Donationis chartas omnes.

Rumbaldus preſbyter olim Decanus Canon. Secul. de Cirenc.

Pag. 80.

[Somerſ.] *Bathe* [*monaſterium.*]

[Oſbricus fundator 679. per Camd.

Oliverus King epiſcopus Batho Wellen. diruens veterem eccleſiam inchoavit ſpecioſam hanc ſtructuram nondum perfectam temp. H. 7. Wilhelmus Bird ultimus Prior hunc ſecutus perficere conatus eſt.]

Oſricus rex 1s. fundator inſtituit moniales.

Offa rex, ut quidam volunt, induxit Canon. Secul.

Deinde inducti monachi.

[Elphegus archiepiſcopus Cantuar. reparavit. Johannes de Villula epiſcopus Wellenſis poſt incendium reſtauravit, qui obiit 1122. 23. H. 1.

Robertus epiſcopus Well. & Bath. reparator.]

[Somer.] *Monk-Farlegh Prior. Cluniacen. cella de Lewes.*

*Annui reditus centum libræ.*

Humfredus de Bohum comes Hereford primus fundator.

Matildis imperatrix benefactrix.

[Somerſ.] *Cayneſham.*

Gul. comes Gloceſtriæ fundator ad preces Roberti filii ſui jam morituri.

[Somerſ.] *Witham in comit. Somerſet.*

quære.

Henricus 2s. fundator domus. [Henr. 3. fundator per Camd. Primum cœnobium monialium, quod poſtea fuit primum monaſterium Carthuſianorum in Anglia.]

[Wilt.] *Maiden Bradeley Prior. Canon. Regul. S. A. Diœceſis Sarum.*

[Camd. 245. Filia Manaſſis Baſſet inſtituit domum pro leproſis (cum ipſa eſſet leproſa) & dedit terram & patrimonium ſuum ſicut pater ejus fundavit non procul hinc Prioratum.]

a

Mauſerus Byſet Baro primus fundator inſtituit domum pro leproſis mulieribus, & ſeculares preſbyteros ibidem inſtituit, quos appellabat procuratores mulierum.

† *Sic, cum duobus punctis ſub* u.

Hubertus

Hubertus epiſcopus Sarum tranſtulit preſbyteros in Canon. Regulares.

Eccleſia de Kidermiſter appropriata.

*Brueton Canon. Comit. de Somerſet.* [Somerſ.]

Almerus comes Cornubiæ primus fundator inſtituit monachos.

Gul. Mohun poſt conqueſtum tranſtulit monachos in Canon: Regul.

*S. Auguſtinus de Briſtow abbat. Canon. or. S. Aug.* [Somerſ.]

Robertus Harding [civis Briſtoll] dominus de Barkeley, 1ˢ. fundator [an. 1148. 14. Steph. H. 2. rex Benefactor.]

[H. 8. rex hîc inſtituit epiſcopatum pro epiſcopo, Decano, & ſex Præbendar.]

*Hoſpitale, ſive Prior. S. Evangeliſtæ de Billeſwikes, alias Gauntes, or. D. Aug. [in Briſtow.]* [Somerſ.]

Henricus de Gaunt Sacerdos, & frater Mauritii de Gaunt militis, primus fundator.

Redditus annui 140. lib.

*Cella S. Jacobi de Briſtow. Pertinet ad Teukesbyri.* [Somerſ.]

[Robertus conſul comes Glouc. primus fundator Prioratus Sti. Jacobi.]

*Henton in Comit. Somerſet. [ordinis Carthuſianorum.]* [Somerſ.]

Gul. Longeſpe, (nothus) filius Henrici 2ⁱ. comes Sarum, & Ela ejus uxor fundatores.

Prioratus de Longelet in comit. Wilſhire cum eccleſia de Lullington appropriatus. [Wilton.]

*Oſeney abbat. Canon. or. S. Aug. [com. Oxon.]* Pag. 81. [Oxon.]

[1129.] Robertus de Olley miles mag. Angl. conſtabularius, 1ˢ. fundator.

[Johannes Pagham epiſcopus Vigorn. benefactor.]

*Rewley, alias Royley, Barnardini.* [Oxon.]

Edmundus comes Cornubiæ fundator.

*Colleg. S. Elizabethæ in Winton.* [Hampt.]

Joannes de Pontiſſera epiſcopus Winton: fundator primus.

*Sowthwike Prior. Canon. S. Aug.* [Hampt.]

Henricus 1ˢ fundator.

*Tichefelde [Com. Hampt.]* [Hampt.]

Petrus de Rupibus epiſcopus Winton. primus fundator. [temp. Jo.]

*D Ourforde Abbat.* [Hampt.]

Henricus Huſey miles 1ˢ. fundator.

Henricus Guldeford miles præcipuus benefactor.

*Waverley*

[Surr.] *Waverley* [*Monaſterium Ciſtertianorum monachorum, ſive alborum.*]

Gul.Giffard. epiſcopus Winton. 1s. fundator.[1132. 33.H.1. Nlcholaus de Ely præcipuus benefactor, ibique ſepultus 1290. 19. E. 1.]

[Suſſex.] *Shelbrede Prior. Canon. or. S. Aug.*

Radulphus Ardent miles fundator.

[Suſſex.] *Eſt Eaſebourne Prior: Monial.*

Joannes * de Boue" miles fundator 1s.

Modernus David Owen miles.

[Suſſex.] *C[h]ic[h]eſtre Cathedralis eccleſia.*

[Monaſterium S^ti. Petri & Monaſterium monialium apud Chicheſter.] Cedwalla rex primus fundator. [Camd. Ciſſa rex Occid Sax. fundator civitatis.

Cathedralis eccleſia incepta per H. 1. & Radulphum epiſcopum Ciceſtriæ.]

[Suſſex.] *Boxgrove Prior. or. S. Benedicti.*

Gul. Sainct John primus fundator.

D. Weſte modernus.

[Suſſex.] *Torpington Prior. Canon. or. S. Aug.*

D. Hadwiſa Corbet prima fundatrix.

[Suſſex.] *Collegium de Arundel.*

Richardus comes de Arundel 1s. fundator.

[Suſſex.] *Hoſpitale S. Trinitatis de Arundel.*

Richardus comes de Arundel primus fundator.

[Surr.] [*Newarke Prioratus in Surria.*]

Pag. 82. [Suſſex.] *Lewes* [*com. Suſſex.*]

Gul. de Waren comes Surrey fundator.

*Cellæ Prior. de Lewes.*

[Somerſ.] Farlegh. forſan in comit. Summerſete. [cœnobium fundatum per Humfredum Bohun.]

Caſtelacre.

Horton in † Cantia.

Pritewel in Eſtſax.

Clifford in Wales.

Staneſgate.

Hoſpitale S. Nicolai.

Hoſpitale S. Jacobi.

Vide num ſint in urbe de Lewes, aut prope. [Suſſex.]

*Collegium de Southmalling. Habet Decanum. Vix uno à Lewes milliari diſtat.*

Cedwalla rex primus fundator.

* Forſan Bohun *ſupra lin. à manu Burtoni.* † *Sic, cum quatuor punctis.*

3 Chartæ

Chartæ 1. Donat. combuſtæ.
Archiepiſcopus Cantuar: modernus fundator.

*Michelham Prior. or. D. Aug.* [Suſſex.]

Rex Angl: originalis fundator.
[Gilbertus de Aquila fundator prioratus Nigrorum Canonicorum. Camd. 215.]

*Monaſter: de Bello [com. Suſſex.]* [Suſſex.]

Gul. Conqueſtor fundator [in honorem S. Martini an. 1067. monachos inſtituit, ut pro occiſis in bello ab ipſis in perpetuum hoſtiæ ſalutis Deo redderentur.]

*Cella de Brekenok.*

*Cella S. Nicolai de Exceſter.*

*Robertisbridge Ciſtert: [com. Suſſex.]* [Suſſex.]

[Camd. 320. Aluredus de S. Martin primus fundator temp. H. 2.]
Primus fundator ignoratur.
Exhibuit abbas chartam Donat. Alueredi de S. Martino datam anno D. 1176. [23. H. 2.]
Exhibuit chartas Regum Henrici & Richardi filiorum Joannis Regis.
Exhibuit chartas Joannis comitis de Auger, & Aliciæ comitiſſæ de Auger uxoris Alueredi de S. Martino, & Henrici comitis de Auger, filii prædictæ Aliciæ, & Joannis de Auger non comitis, & Aliciæ comitiſſæ Auger filiæ Henrici comitis de Auger.

*Novus Prior. de Haſtinges [com. Suſſex.]* [Suſſex.]

Walterus Bricet miles primus fundator.
Modernus Pelham miles.

*Comewelle Prior. Canon. or. S. Aug. Diœceſis Cantuar.* [Cant.]

Robertus de Thurneham 1ˢ. fundator.
Modernus Dˢ. de Dacres.
Eccleſ. de Thurneham appropr:

*Malling abbat. Monial.* Pag. 83. [Cant.]

Gundulphus epiſcopus Roſenſis fundator primus. [Obiit 1107. 8. H. 1.]

*Boxley abbat. Ciſtert. [com. Cantii.]* [Cantii.]

Richardus 1ˢ. rex primus fundator.
[Camd. 332. Wilhelmus de Ypres Flander Com. Cantii primus fundator 1145. & huc tranſtulit monachos de Clarevall in Burgundia.

*Collegium de Maideſton [com. Cantii.]* [Cant].

Erectum 19°. anno Regni Richardi 2ⁱ.
[Wilhelmus Courtney archiepiſcopus fundator.]

*Leedis Prior. Canon. or. S. Aug. [com. Cantii.]* [Cant.]

Robertus Crevicure miles, Latine de crepito corde (ero) dictus, 1ˢ. fundator.

*Muttenden*

[Cant.] *Muttenden fratris ordinis $S^{c}$. Crucis.*

C

Robertus de Rokeſley miles originalis fundator.

Modernus comes de Northumbreland.

[Cant.] *Wye collegium.*

[Godw lib. epiſc. 113.] Joannes Kempe archiepiſcopus Ebor. primus fundator. [obiit 1453. 32. H. 6.]

Idem Kempe poſtea factus eſt archiepiſcopus Cantuar.

Schola Grammaticorum ibidem.

[Collegium tempore everſionis æſtimatum annuatim diſpendere $93^{l}$. $2^{s}$.]

[Cant.] *Horton cella de Lewes.*

Robertus de Ver Conſtabularius regis Angliæ & Adelina filia Hugonis de Mountfort fundatores.

[Cant.] *Bilſington Prior.*

Joannes Maunſel theſaurarius eccleſiæ Ebor. & præpoſitus de Beverle originalis fundator tempore Henrici 3.

[Cant.] *Folkeſtan Prior.*

[Camd. 349. Einſwida, filia Eadbaldi regis Cantii, prima fundatrix.]

Gul. de Abrincis miles & Dominus de Folkeſtan originalis fundator.

[Cant.] *Monaſter. [de Bradſole] S. Radegundis Præmonſtraten.*

Hugo quidam canonicus orig. fundator, [abbas ibidem.]

[Cant.] *Langdon abbat. Præmonſtraten.*

Gulielmus Aberfeld miles $1^{s}$. fundator.

[Cant.] *Dovar Prior. monach. Benedict.*

Henricus $1^{s}$. fundator.

[Cant.] *Maſendeu Hoſpitale.*

Hugo de Burgo miles fundator primus.

Pag. 84. *Collegium de Wingham, ubi Præbendarii.*

[Cant.] Joannes Peccham archiepiſcopus Cantuar. primus fundator. [Obiit circa 21. E. 1. Æſtimatum tempore ſuppreſſionis annuatim diſpendere $84^{l}$.]

[Cant.] *Eccleſ. Cathedr. Chriſti Cantuar.*

Ethelbertus $1^{s}$. fundator. [rex Cantii an. do. 600.

Godwin. lib. epiſc. fol. 174. Petrus de Rupibus epiſcopus Wintonienſis primus fundator.

Leic. *Hinkley Prioratus ſpectans monaſterio de Lyra in Normannia, qui ſuppreſſus fuit per regem H. 5. inter Prioratus alienos.*

Rob com. Leic. 1. fundator.

Henricus comes Lancaſtr. benefactor.

Leic. *Noſeley collegium.*

Rogerus de Martivall primus fundator.

Heref. *Wigmore monaſterium.*

Rogerus de Mortimer primus fundator: aliis Hugo de Mortimer 1247.

*Hoſpitale*

*Hoſpitale S^ti. Barthol. in Chetham.* Cant.

Gudulfus epiſcopus Rofenſis primus fundator, qui obiit 1107. 8. H. 1. Godwin. lib. epiſc. 396.

*Wolverhampton monaſterium Ciſterc.* Staff.

Hubertus archiepiſcopus Cantuar. primus fundator, qui obiit 1205. 7. Jo. Godw. libr. epiſc. 59.

*Harthall Hoſpitium Scholarium in Oxon.* Oxon.

Walterus Stapleton epiſcopus Exon. primus fundator an. 1316. qui decollatus fuit 1326. 20. E. 2. Godw. lib. epiſc. 331.

*Collegium de Glaſeney in Perin.* Cornub.

Walterus Broneſcombe epiſcopus Exon. primus fundator. Obiit 1280. 9. E. 1. Godw. lib. epiſc. 326.

*Exon Eccleſia Cath.* Devon.

Wilhelmus Bruer epiſcopus Exon: de privato conſilio Regis H. 3. inſtituit ibi Decanum, & 24 Præbendarios, impropriavitque Brampton & Colyton Rawleigh. Obiit 1244. 29. H. 3. Godw: lib. Epiſc. 324.

*Academia, ſivæ Scholæ, de Greklade.* Wilt.

Theodorus Græcus archiepiſcopus Cantuar. primus fundator, qui obiit an. 690. an æt. 88. Godw. lib. Epiſc. 12.

*Hoſpitale S. Johannis in Canterbury.* Cant.

Lanfrancus archiepiſcopus Cantuar. primus fundator. Obiit 1088. 2. W. R. Godw. lib. Epiſc. 32.

*Harbaldoun Hoſpitale in Canterbury.* Cant.

Lanfrancus archiepiſcopus Cantuar. primus fundator. Obiit. 1088. 2. W. R. Godw. lib. Epiſc. 32.

*Stratford ſuper Avon, Collegium.* Warr.

Johannes Stratford archiepiſcopus Cantuar. primus fundator, qui obiit circa 20. E. 3. Godw. libr. epiſc. 91.

*Hoſpitale de Higham Ferrers.* North-ampt.

Hen. Chichly archiepiſcopus Cantuar. primus fundator. Obiit 1443. 22. H. 6. Godw. libr. epiſc. 111.

Rob. & Wilhelmus Chichley milites Aldermanni London. præcipui benefactores.

*Leſtingen monaſterium.* Godwin. lib. epiſc. 136.

Cedda epiſcopus London primus fundator circa an. 660.

*Weſtwood Prioratus.* Cant.

Richardus Lucy capitalis Juſticiarius Angliæ primus fundator. Godw. lib. epiſc. 172.

Godfredus Lucy epiſcopus Winton. filius ejus præcipuus benefactor.

Pag. 101.

*Eccleſia Cath. Exon.* Devon.

Edw. Confeſſor rex inſtituit Leofricum epiſcopum de Crediton epiſcopum Exon. Godwin. lib. epiſc. 317.

Leofricus epiſcopus demolitus eſt tria monaſteria apud Exon. in eorumque loco cœpit fundamenta novæ cath. eccleſiæ.

Wilhelmus Warewaſt 3. epiſcopus an. 1112. 13. H. 1. cœpit fundamenta chori.

Petrus Quivill an. 1284. 13. E. 1. ædificavit navim eccleſiæ ad portam occid. inſtituit ſubdecanum & cantorem, impropriavitque Chudleigh & Painton, & rectoriam de Egleſhall, & S^t^. Newlin in Cornubia, & Stoke-Gabriell in Devon.

Johannes Graundiſon epiſcopus an. 1340. 15. E. 3. auxit longitudinem templi per duos arcus, & teſtudine arcuata concameravit.

Petrus Courtney epiſcopus conſtruxit turrim borealem, fecitque in ea campanam dedic. S. Petro.

Edmundus Lacy epiſcopus circa an. 1450. 29. H. 6. cœpit ædificare exedram. Geo: Nevill epiſcopus finivit. Decanus & capitulum fundaverunt clauſtra.

Hampt. Godwin. lib. epiſc. 189.

*Hoſpitale de Wincheſter.*

Hen. Beaufort epiſcopus Winton primus fundator, dotavitque annuis redditibus valoris 158*l.* 13*s.* 4*d.*

Hampt. Godw: lib. epiſc. 193.

*Wincheſter eccleſia Cath.*

Tho. Langton epiſcopus Winton fundavit capellam B. Mariæ in auſtrali latere templi, in cujus medio jacet ſep.

Richardus Foxe epiſcopus Winton: fecit teſtitudines chori, templi & preſbyterii, invitreavit omnes feneſtras ejuſdem partis templi, fecit particionem inter preſbyterium & inſulas abjacentes, in cacumine cujus poſuit oſſa principum & præſulum ibi ſepultorum in novis ſarcophagis.

Wilhelmus Wickham fundavit medium templi à choro ad occidentem.

Cantabr. Godw: lib. epiſc. 198.

*Ely monaſterium & eccleſia Cath.*

Ethelbertus rex Cantii primus fundator 607. conſilio S^ti^. Auguſtini.

Etheldreda filia Annæ regis Eſt-Angliæ, relicta Tomberti regis Suſſexiæ, renupta Egfrido regi Northumbriæ; quo relicto devenit ad Ely, & conſilio Wilfridi archiepiſcopi Ebor. & ope Alduiſi regis Eſt-Angliæ fratris ſui an: 677. reparavit monaſterium, & introduxit moniales, cujus ipſa prima Abbatiſſa. Deſtructum poſtea per Inguar & Hubba paganos 890.

Ethelwaldus epiſcopus Winton. qui perquiſivit de rege Edgaro totam inſulam Elienſem, reſtauravit, & inſtituit abbatem cum monachis. Brithnodus præſes Winton. fuit primus abbas 970. Cum annuus redditus monaſterii creſcebat ad ſummam 1400*l.* Henricus primus rex rogatu & ſollicitatione Richardi ultimi abbatis convertit in epiſcopatum, ſub cujus authoritate

authoritate (excipiens comitatum Cantebr. ab epiſcopo Linc.) eundem conſtituit. Herveus epiſcopus Bangor fit primus epiſcopus 1109. 10. H. 1.

Galfredus Rydall epiſcopus multum ſumpſit in novo opere eccleſiæ Cath. verſus occidentem. Conſtruxit etiam campanile uſque ad minas.

Hugo Norwold epiſcopus fundavit Preſbyterium eccleſiæ Cath. & campanile è ligno verſus occidentem. Finit. annis 17. ſumptibus 5350*l.* 18*s.* 8*d.* Obiit 1254. 39. H. 3.

Johannes Hotham epiſcopus conſtruxit campanile dictum vulgo *The Lanterne*, rari & elegantis operis, ſumptibus 2406*l.* 16*s.* 11*d.* Perfecit Preſbyterium inceptum per Hug. Nortwould ſumptibus 2034*l.* 12*s.* 8*d.* ob. quadr. Sic ſuper fabricam hujus eccleſiæ ſumpſit 4441*l.* 9*s.* 7*d.* ob. q.

Simon Montacute epiſcopus ſtruxit capellam B. Mariæ ad borealem partem templi. Jo: de Wiſbich monachus Elienſis perfecit.

Wilhelmus Grey epiſcopus ædificavit occidentale campanile.

Nicolaus Weſt epiſcopus fundavit capellam elegantem in Auſtr. Orient. parte Preſbyterii, ibique jacet ſep. 1533.

*Lichfeild eccleſia Cath.* Staff.

Oſwius rex Merciæ, per Camd. rex Northumbriæ, primus fundator epiſcopatus 636. per Camd. 606. fecitque Duinam primum epiſcopum. Godw. libr. epiſc. 251.

Jarumannus epiſcopus Lich. primum jecit fundamenta eccleſiæ Cath. an. 666.

Rogerus de Clinton epiſcopus ſtruxit magnam partem templi auxitque numerum Præbendariorum.

Walterus de Langton epiſcopus fundavit ſpecioſam capellam B. Mariæ, clauſtra circumdedit muro, impoſuitque baſilicam magnificam ſuper corpus S. Ceddæ anteceſſoris ſumptibus 2000*l.* Circumivit templum Cath: vallo & muro, fecitque occidentalem & auſtralem portam, ſtruxit pontem trans vineam apud Lichf: 1310. dedit ædes ſuas vicariis pro domibus, novaſque conſtruxit in orientali parte clauſtri, reparavit caſtellum de Eccleſhall, manerium de Showbrough, & Heywood, palatiumque ſuum apud le Strond Londini. Obiit 1321. 15. E. 2. ſepultus capella ſua apud Lichfeild.

*Saliſbury templum Cath:* Wilt.

Inas rex Occident. Saxonum diviſit epiſcopatum Winton. Prima pars ſpectavit epiſcopo Winton. ſicut nunc eſt. Alteram partem contulit epiſcopo, cujus ſedes eſſet apud Sherburne, fecitque Aldelmum primum epiſcopum, qui obiit 709. Godw: lib. epiſc. 267.

Wilhelmus Conqueſtor rex juſſit, ut omnes epiſcopi removerent

verent ſedes ſuas à villis obſcuris ad pulcherrimas civitates in Dioceſi, quo mandato Hermannus epiſcopus tranſtulit ſedem ſuam ad Saleſbury, inchoavitque fundamenta novi templi.

Oſmundus epiſcopus perfecit templum 1092. 6. W. R. bibliothecamque addidit.

Richardus Pore epiſcopus in loco amœniſſimo, prius Merifeild vocato, auguſtiſſimum ſpecioſa ſtructura templum cum præcelſa pyramide & duplici utriuſque ſepto inchoavit, quod quadrageſimo poſt anno peractum & dedicatum 1258. 43 H. 3. Hen: rege ibi præſente, Ægidio Bridport epiſcopo conſecrante.

Ebor.

*Beverley collegium Preſbyterorum.*

Godw. libr. epiſc. 440.

Johannes de Beverley archiepiſcopus Eborac. primus fundator, qui obiit an. 721.

Alfricus Puttoc archiepiſcopus Ebor. præcipuus benefactor dedit terras in Milton, Holme, & Frideiſthorpe. Obiit 1051.

Kinſius archiepiſcopus benefactor. Aldredus archiepiſcopus benefactor, fundavit preſbyterium ibidem.

Pag. 102. Cantabr. Godwin: lib. epiſc. 201.

*Hoſpitale Canon. Regularium Cantabrigiæ.*

Nigellus epiſcopus Elienſis primus fundator, qui obiit 1169.

Hugo Norwold epiſcopus Elienſis introduxit ſcholares.

Margareta comitiſſa Richmond inſtituit collegium S. Johannis.

Hertf. Godwin: libr. epiſc. 246.

*Theale collegium Canonicorum.*

Wilhelmus Grey epiſcopus Linc. primus fundator pro magiſtro & 4. Canonicis, fecitque cellam Hoſpitali de Elſing Londini.

Staff.

*Lichfeild Hoſpitale.*

Godw: lib. epiſc. 248.

Wilhelmus Smith epiſcopus Cov: & Lichfeild primus fundator pro magiſtro, 2. Preſbyteris, 10. pauperibus.

Godw: libr. epiſc. 251.

*Ingetheling Monaſterium.*

Fundatum eo loco ubi Oſwinus rex occiſus.

Godw: libr. epiſc. 252.

*Eathbarne Monaſterium.*

Cedda epiſcopus Lichfeild primus fundator.

Staff. Godw: libr: epiſc. 258.

*Cœnobium Fratrum Franciſcanorum Lichfeild.*

Alexander de Savenſby epiſcopus Lichfeild primus fundator in auſtrali occidentali parte civitatis. Obiit 1238. 23. H. 3. ſepultus Lichfeildiæ.

Somerſ. Godw: libr. epiſc. 294.

*Hoſpitale Sti. Johannis Bathon:*

Reginaldus Fitz-Joſſeline epiſcopus Batho-Wellenſis primus fundator temp: H. 2.

Somerſ. Godw: libr. epiſc. 296.

*Hoſpit: Sti. Johannis Wellenſis.*

Joſſelinus de Welles epiſcopus Batho-Well: & } primi
Hugo epiſcopus Lincollniæ } fundatores.

2 *Collegium*

*Collegium de Welles.*

Radulphus Erghum epiſcopus Batho-Wellenſis primus fundator pro 14. Preſbyteris. Obiit 1401. 3. H. 4. Somer. Godw: lib. epiſc. 303.

*Xenodochium apud Welles.*

Nicholaus Budwith epiſcopus Batho-Wellenſis primus fundator. Somerſ. Godw: libr: epiſc. 304.

*Norwic. epiſcopatus & eccleſia Cath:*

Sigebertus rex Orient: Saxonum primus inſtitutor epiſcopatus, fecitque Felicem Burgundum 1. epiſcopum; qui Felix obiit 649. Tenuit ſedem ſuam apud Dunwich, poſtea diviſam inter Dunwich & Elmeham. Poſtea crevit in unum apud Elmeham. Arfaſtus epiſcopus tranſtulit ſedem ab Elmeham ad Thetford. Wilhelmus Herbert, ſucceſſor ejus, tranſtulit ſedem ad Norwich. Fundavit ibi monaſterium, fundavitque templum Cathedrale dedicat. S. Trinitati, & magnificum palatium. Struxit etiam 5. templa, S. Leonardi apud Norwich, & aliud apud Norwich, apud Linne, apud Elmeham, apud Yarmouth. Obiit 1119. 20. H. 1. Norf. Godw: libr: epiſc. 343.

Johannes Oxonienſis epiſcopus Norwic. reædificavit templum poſt incendium. Fundavit templum S. Trinitatis apud Gypwich. Obiit 1200. 1. Jo.

Walterus de Sufeild epiſcopus fundavit capellam B. Mariæ in templo Cath: ibique ſepultus 1257.

Wilhelmus Middleton epiſcopus reſtauravit poſt incendium, qui obiit 1188. 17. E. 1.

Johannes Salmon epiſcopus fundavit capellam ad occidentalem partem templi.

Tho: Percy epiſcopus præcipuus benefactor.

Jo: Wakering epiſcopus fundavit clauſtra. Obiit 1421.

*Worceſter eccleſia Cath: & Epiſcopatus.*

Ethelredus rex Merciæ primus fundator Epiſcopatus. Wigorn. Godw: lib: epiſc. 360.

Egwinus epiſcopus fundavit templum cath:

Wolſtanus è terra fundavit iterum templum cath: Obiit 1095. 9. W. R. æt: 90.

Godfredus Giffard epiſcopus benefactor.

Hen: Wakefeild epiſcopus ſtruxit borealem porticum & auxit longitudinem templi per duos arcus.

*Weſtbury collegium.*

Johannes Carpenter epiſcopus Wigorn: de novo conſtruxit collegium, auxitque & circumdedit muro & turribus, & portis redditibuſque dotavit. Obiit ſepultuſque apud Weſtbury. Glouc. Godw: lib. epiſc. 367.

Wilhelmus Canninges miles civis Briſtol. præcipuus benefactor.

*Hereford*

Heref. Godw: lib. epiſc. 370.

*Hereford epiſcopatus & templum Cath.*

Sedes epiſcopalis ibi fundata an. 680.

Ethelſtanus epiſcopus è terra fundauit templum Cath. Obiit 1055.

Robertus Lozing epiſcopus fundavit de novo templum Cath. in modum templi Aquiſgrani in Germania. Obiit 1095. 9. W. C.

Ægidius Bruſe epiſcopus fundavit campanile temp. R. Jo.

Suſſex. Godw: libr: epiſc. 382.

*Selſey monaſterium.*

Edilwalchus rex Suſſexiæ primus fundator.

Suſſex. Godw: lib. epiſc. 384.

*Chicheſter epiſcopatus & templum Cath.*

Edilwalchus rex Suſſexiæ primus inſtitutor circa an. 681. apud Sealſey.

Stigandus capellanus regis W. Conq. epiſcopus tranſtulit ſedem ad Chicheſter.

Radulphus epiſcopus fundavit templum Cath: circa an. 1114. 15. H. 1.

Seffredus epiſcopus poſt incendium reparator templi Cath.

Radulphus Nevill epiſcopus benefactor.

Gilb: de S. Leofardo epiſcopus fundavit capellam de S. Maria.

Jo: de Langton epiſcopus ſtruxit magnam feneſtram auſtralem 1315. 9. E. 2.

Robertus Sherborne epiſcopus reparator temp: H. 8.

Cant. Godw: lib. epiſc. 400.

*Hithe Hoſpitale S. Bartholomæi.*

Haymo epiſcopus Rofenſis primus fundator temp. E. 3. pro 10. pauperibus, dotavitque annuis redditibus de centum marcis.

Godw. lib. epiſc. 420.

*Aberguilly collegium.*

Tho: Beke epiſcopus S. Davidis primus fundator.

Pag. 103. Cant. Godw: lib. epiſc. 392.

*Roffenſis epiſcopatus & templum Cath.*

Ethelbertus rex Cantii fundator epiſcopatus & templi Cath: dedicat. S. Andreæ.

S. Auguſtinus creavit Juſtum epiſcopum Roff: 604.

Gundulfus epiſcopus Rofenſis de novo fundavit templum Cath: Obiit 1107.

Earnulfus epiſcopus benefactor.

Godw: libr: epiſc. 420.

*LLandewy brevy collegium.*

Tho: Beke epiſcopus S. Davidis primus fundator temp. E. 1.

Pembr. Godw: lib. epiſc. 420.

*St. David collegium.*

Adam Houghton epiſcopus S. Davidis primus fundator temp. E. 3.


Cumbr. Godwin. libr. epiſc. 537.

*Carlile Monaſterium Canonicorum dedicat. B. Mariæ.*

Walterus Preſbyter Normannus, quem rex W. Rufus præfecerat urbi Carleolenſi, cœpit inchoare Monaſterium in honorem

norem B. Mariæ; quo in ipſo principio morte ſublato, Hen: 1. rex prædictum monaſterium perfecit, Canonicoſque Regulares introduxit, deditque monaſterio 6. Eccleſias, viz. Newcaſtle, Newburne, Warkeware, Robern, Wichingham, & Corbridge, fecitque Adelwaldum confeſſorem ſuum primum Priorem.

*Carlile epiſcopatus & eccleſia Cath:*




Cumbr. Godw. lib. epiſc. 537.

Hen: primus rex in epiſcopalem ſedem evexit, & Adelwaldum confeſſorem Priorem primum epiſcopum fecit an. 1133. 34. H. 1. tuncque conſecratus Eboraci.

*Eborac. epiſcopatus & templum Cath.*

Ebor. Godwin. lib. epiſc. 432.

Edwinus rex Northumbriæ inſtituit epiſcopatum, & inchoavit templum Cath. an. 627.

Oſwaldus filius Edw: rex North. perfecit.

Honorius Papa fecit ſedem Metropolitanam.

Egbertus epiſcopus inſtituit bibliothecam.

Thomas archiepiſcopus de novo fundavit templum Cath: Obiit 1100. 1. H. 1.

Rogerus archiepiſcopus fundavit chorum & teſtudines ejuſdem, & capellam S. Steph. ad bor. partem templi.

Johannes Romanus archiepiſcopus ſtruxit borealem inſulam templi & magnum campanile.

Wilhelmus de Melton archiepiſcopus perfecit occidentalem partem templi. Obiit 1340. 15. E. 3.

Wilhelmus le Zouch archiepiſcopus inchoavit fabricam novæ capellæ ad auſtralem partem.

Johannes Thoreſby archiepiſcopus de novo ſtruxit chorum, adornavit capellam B. Mariæ, ibique ſepultus 1373.

*Dunelmenſis Epiſcopatus & templum Cath.*

Dun. Godw. lib. epiſc. 494.

Oſwaldus rex Northumbriæ primus inſtituit epiſcopatum circa an: 634. apud Lindisfarne.

Eadbertus epiſcopus Lindisfarne cooperuit templum de Lindisfarne plumbo.

Aldivinius tranſtulit ſedem ad Durham, alias Dunholme, inchoavitque templum Cath: ibidem. Obiit 1017.

Edmundus epiſcopus benefactor.

Walterus epiſcopus expulſis clericis Secularibus introduxit Monachos temp. W: Conq.

Wilhelmus Karlipho epiſcopus de novo inchoavit templum Cath:

Ranulfus Flambard epiſcopus perficere conatus eſt.

Hugo de Puteaco epiſcopus præcipuus benefactor, incepit clauſtra temp. R. 1.

Nic. Fernham epiſcopus fecit teſtudinem templi 1242.

Walterus Skirlawe epiſcopus fundavit clauſtra.

Thomas Langley epiſcopus benefactor elargitus eſt 499 *l.* 6*s.* 7*d.* in perficienda clauſtra incepta per Hug. de Puteaco temp. H. 6.

Linc. *Tria cœnobia Fratrum apud Boſton.*

Leland 3. To . . . . de Tilney primi fundatores.

Cant. Stow: Chron. 813. *Cœnobium Fratrum Franciſcanorum Cantuariæ.*

Hen. 7. rex primus fundator.

Hamp. Stow: Chron. 813. *Cœnobium Fratrum Franciſcanorum Southamptoniæ.*

Henricus ſeptimus rex Angliæ primus fundator.

Devon. *Sorre.*

Wilhelmus de Bruere primus fundator 1214.

*Farendon.*

Johannes rex primus fundator.

Salop. *Foriet in Suburbio Salop.*

Rogerus de Monte-Gomerico co: Salop: primus fundator.

North-ampt. *Monaſterium Fratrum Auguſtinianorum in Brigſtreet in Northampton.*

Johannes Longavile primus fundator, licentia conceſſa 16. E. 2.

Midleſex. *Hoſpitall of St. James juxta Charingcroſſe Weſtm.*

Cives London pro 14. feminis leproſis.

Pag. 104. *Worceſter Monaſterium B. Mariæ.*

Vig. Godw. lib. epiſc. 444. Oſwaldus epiſcopus Vig. primus fundator, qui obiit 992.

*Bordeſley Monaſterium Ciſtercian. Monachorum.*

Vigorn. Glov. Catal. Honor: 1006. Walleramus de Beaumont co: Vigorn: primus fundator, qui obiit 1166. 13. H. 2. Aliis Matildis Imperatrix filia R. H. 1.

*Hagulſtad collegium Canonicorum Regularium.*

Godw: lib. epiſc. 454. Tho: archiepiſcopus Ebor: primus fundator, qui obiit 1114. 14. H. 1.

Nott. *Southwell collegium.*

Godw. libr. epiſc. 454. Paulinus archiepiſcopus Ebor. primus fundator.

Tho: archiepiſcopus benefactor, qui obiit 1114. 14. H. 1.

Tho: Rotheram archiepiſcopus præcipuus benefactor, qui obiit 1500.

Suff. *Ipſwich collegium.*

Godw. libr. epiſc. 489. Tho: Wolſey cardinalis primus fundator, qui obiit 1530. 22. H. 8.

Dunelm. *Kepor Hoſpitale.*

Godw. libr. epiſc. 511. Ranulfus Flambard epiſcopus Dunelm. primus fundator, qui obiit 1128. 29. H. 1.

*Allerton.*

*Allerton Hoſpitale.* Godw: libr.

Hugo de Puteaco epiſcopus Dunelm. primus fundator, qui obiit 7. R. 1. epiſc. 512.

*Saliſbury Hoſpitale.* Wilt.

Richardus Poore epiſcopus Sarum primus fundator, qui obiit 22. H. 3. Godw: libr. epiſc. 516.

*Aukland capella collegiata.* Dun.

Anthonius Beke epiſcopus Dunelm. primus fundator inſtituit Decanum & Præbendarios. Godw: libr: epiſc. 522.

*Bridlington cœnobium Canonicorum.* Ebor.

Gualterus de Gaunt, filius Gilberti de Gaunt, primus fundator. Lelandus Tom. 3. 32.

*Kingſton ſuper Hull com. Ebor: monaſterium Carthuſianorum S. Michaëlis.* Ebor.

Jo: De la Pole D.^s Suffolc. primus fundator. Glov. Cat: Hon. 538.

Wilhelmus De la Pole primus Major de Hull primus fundator. Wilhelmus co: Suff: filius ejus introduxit Carthuſianos. Vide Camd. 647.

*Midelham collegium.* Ebor. Stow: Chron. 737.

Ricardus 3. rex primus fundator.

*Aulcote monaſterium Monialium.* Warr.

Wilhelmus Burdet miles primus fundator temp. R. H. 2.

*Erdbury Priory: Canons Regular.* Warr:

. . . . . . . . L. Sudley primus fundator.]

Paginæ 105, 106, 107, 108. vacant.

*Ex Hiſtor: Rogeri Hoveduni.* Pag. 109.

Anno D. 749. Elfwald rex Orient: Angl: defunctus eſt, regnumque Hunbenna & Albert ſibi diviſerunt.

Anno D. 758. Eadbert rex ſponte contulit filio ſuo regnum ſibi à Deo collatum nomine Oſulpho, qui uno anno regnum tenuit, amiſit, perdidit; quia occiſus eſt nequiter à ſua familia juxta Mechilwongton 9. Cal. Aug.

Ethelwald Northumbr: reg: amiſit in Wincanheale, cui ſucceſſit Alcred de proſapia Idæ regis, ut quidam dicunt.

Anno D. 765. Henieli Merc: epiſcopus obiit.

Anno D. 767. Ceolwulph in Lindiſſe conſecratus eſt monachus. epiſcopus.

Bothwine & Albert abbates Ripenſis monaſter:

Anno D. 780. Oſbald & Ethelhearde congregato exercitu Bearn patritium Elfwaldi regis ſuccenderunt in Seletune 9. Cal: Januar.

Sacellum in honore S. Cuthberti & Oſwaldi conſtructum

 prope

prope Scytleceſter, ubi Elfwaldus rex interfectus eſt.

Herbaldh, i. e. locus Dominorum.

Elf & Elfwine, filii Elfwaldi regis, ab Eboraco vi extracti & è princip: eccleſia perempti ſunt ab Ethelredo rege in Wonwaldreme.

Quo tempore monaſter: Doni amnis à Danis deprædatum eſt, princeps eorum ab Anglis occiſus.

Alric ex duce clericus ſepultus Eboraci.

Duo Eanbaldi archiepiſcopi. Eanbaldi archiepiſcopi Ebor: Eanbaldus, ejuſdem eccleſ: preſbyter, ſucceſſor conſecratus apud Soceſburge.

Eadred epiſcopus Haguſtalden: conſecratus apud Wdaforde.

Eadberth rex Cant: à Kenulfo rege Merc: privatus eſt oculis & manibus immiſericorditer.

Anno D. 799. Brorda, Merc: princeps, qui & Hildegils vocabatur, defunctus eſt.

Eodem tempore Oſbald quondam dux, poſtea ad tempus rex, tandem abbas in Ebor: eccleſ: ſepultus eſt.

Edwin, qui & Eda dictus eſt, qnondam dux Northumbr: poſtea abbas.

Cuthredus rex Weſtſex: occidit Edelhun fortiſſ: conſulem Ethelbaldi regis Merc:

Oſulf ſucceſſit Eadberto patri ſuo in reg: Northumbr: Sed cum uno anno reg: à familia ſua occiſus eſt.

Eadbert filius Ectæ dux famoſſ: Angl:

Oſredus 4. anno reg: ſui occiſus & ſepultus in Tinemuth.

Pag. 110. Alfwold rex Northumbr: occiſus à Siga ſepultus eſt Haguſtalduni.

Anno 39. Ecbrighti regis Weſtſaxonum, Daci prævaluerunt bello apud Carram, & ibi duo epiſcopi, ſcilicet Hereferth & Wigfert, & 2. duces Dudda & Oſmod, perierunt.

Filia Adelwulfi regis Weſtſax: nupſit Burherd regi Merc:

Anno D. 878. Danorum exercitus de Cippanham, ut promiſerat, Cyrenceſtre adiit, ibique uno permanſit anno.

Anno D. 905. Kairlegion, quæ & Legaceſter, juſſu Etheredi ducis & Egelfledæ reſtaurata eſt.

Angli vicerunt Danos apud Totenhaul in Steffordenſi provintia.

Egelfreda, uxor Etheredi Merc: ſubreguli, filia fuit Alfredi regis Weſtſax:

*Caput de comitibus Northumbriæ.*

Comites Northumbr. Ultimus regum illius provintiæ, ut paulo ante dictum eſt, fuit Eiricus, quem Northumbr: violata fide, quam regi Æadredo juraverant, ſibi regem fecere. Quare offenſus rex juſſit ut tota provintia funditus vaſtaretur. Illico Northumbrenſes, expulſo rege ſuo, atque occiſo Amancus filio Anlafi, juramentis & muneribus placaverunt regem, commiſſa provintia

tia Oſulpho comiti, qui regnante poſtmodum Eadgaro ſocium accepit Oſlacum. Deinde Oſulphus ad aquilonalem plagam Tine; Oſlac vero ſuper Eboracum & ejus fines curas adminiſtrabat. Huic ſucceſſit Waltef ſenior, qui ſucceſſorem ha-

vi

buit filium Uttredum. Is, cum regnante Egelredo rex Cnuto hoſtiliter invaderet Northumbriam, neceſſitate compulſus ſe cum ſuis ad Cnutonem contulit, factoque juramento & obſidibus datis peremptus eſt à quodam Dano prædivite Thurebrando cog: Hold permittente Cnutone. In cujus locum frater ejus Eadulf Cudel ſubſtituitur. Reliquerat autem comes Uctredus 3. filios, Aldredum, Eadulphum, Coſpatritium, quorum duo primi comites fuerunt Northumbr: alter poſt alterum. Tertius vero ſine comitatus honore habuit filium Ucthredum, cujus filius erat Eadulfus cog. Rus, qui poſt Du- Pag. 111. cem ſe eorum exhibuit, qui Walkerum epiſcopum occiderunt, ipſeque dicitur ſua illum interfeciſſe manu. Sed mox & ipſe à femina occiſus ſepultus eſt in eccleſia de Gedewrde: ſed poſt à Turgoto quondam priore Dunelmenſis eccleſiæ & archid: talis inde ſpurcitia projecta. Poſt Eadulphum Cudel, Aldredus, filius præfati comitis Uctredi, ſuſcepto comitatu in vindictam patris occiſi homicidam Thurebrandum occidit. Cujus Thurebrandi filius Carl & præfatus comes Aldredus dum vitæ ſuæ invicem inſidiarentur, tandem repacificantur. Sed non multo poſt Aldredus, nil mali ſuſpicans, dolo in ſylva, quæ Riſewode vocatur, à Carl, conjuramento ſibi fratre, occiditur. Poſt fratris interitum Eadulphus comes efficitur Northumbrenſium, qui cum ſuperbia extolleretur Britones, id eſt, Wallas, ſatis atrociter devaſtavit. Sed 3. poſt anno cum Hardecnut reconſiliandus in pace veniſſet interfectus eſt à Siwardo, qui poſt illum totius provintiæ Northanhybrorum, id eſt, ab Humbra uſque ad Twedam, comitatum habuit. Cui mortuo ſucceſſit Toſti: quo propter graveis injurias, quas intulerat Northumbr: de Angl: expulſo, ducatus illius Marcharo committitur à rege Edwardo, & poſtmodum à rege Gulielmo. Morkarus vero, quoniam alias gravibus negotiis impeditus fuerat, comitatum ultra Tine tradidit Oſulpho adoleſcenti, filio præfati comitis Eadulphi. Capto poſtmodum & cuſtodiæ mancipato Morkaro, rex Wilhelmus comitatum Oſulphi commiſit Copſio, qui erat pa-

conſiliario

truus Thoſti comitis, viro conſulari & prudenti. Iſte S. Cuthberto devotus donavit ſervientibus in ſua eccleſia, ſcilicet Dunelmenſi, has terras: in Merſcum decem carrucatas terræ & dimidiam, & ejuſdem villæ eccleſiam S. Germani: & in Thortuna duas carrucatas: & in Theoſtrota x. bovetas terræ:

Copſius forſan corrupte pro Coſpius. Coſpius, i.e. conſul, vel comes, pius.

terræ: & in Readclive dimidiam carrucatam: & in Giſburham unam carruc. terræ. Pulſus à Copſio de comitatu Oſulphus, in fame & egeſtate ſylvis latitans & montibus, tandem collectis quos eadem neceſſitas compulerat ſociis, Copſium in Webrin concludit, qui inter tumultuantes turbas lapſus
Pag. 112. dum lateret in eccleſia proditus incendio eccleſiæ compellitur ad oſtium uſque procedere, ubi in ipſo oſtio manibus Oſulphi detruncatur quinta ebdomada commiſſi comitatus, 4. Idus Mart: Mox ſequenti Autumno & ipſe Oſulphus, cum in obvii ſibi latronis lanceam præceps irrueret, ilico confoſſus interiit. Quo mortuo Coſpatritius, filius Maldredi, filii Crinani, Wilhelmum regem adiens multa emptum pecunia adeptus eſt comitatum Northumbr: Nam ex materno ſanguine attinebat ad eum honor illius comitatus. Erat enim ex matre Algitha, filia Uctredi comitis, quam habuit Elgiva, filia Ethelredi regis. Hanc Algytham pater dedit in conjugium Maldredo, filio Crinani. Tenuit autem Coſpatritius comitatum donec ei rex auferret, imponens illi quod conſilio & auxilio affuit illis, qui comitem Robertum Cumyn cum ſuis in Dunelmo peremerant, licet ipſe præſens non fuiſſet; & quia in parte hoſtium fuiſſet, cum Normanni apud Eboracum necarentur. Fugiens ergo ad Malcolinum, non multo poſt Flandriam navigio petiit. Cui, poſt aliquantum tempus Scotiam reverſo, donavit ei rex ſupradictus Dunbar cum adjacentibus terris in Lodeneio, ut ex his, donec lætiora redirent tempora, ſe ſuoſque procuraret. Sed non multo poſt exacto tempore uſque ad extrema infirmatus, accitis ad ſe Aldwino & Turgoto monachis, qui tunc in Mailros pauperes rebus & ſpiritu pro Chriſto degebant, confeſſione peccatorum intima magniſque pœnitentiæ lamentis terminans vitam apud Ubbanford, quod eſt Northam, in ipſo eccleſiæ exitu ſepultus eſt. Dederat autem eis duo Dorſalia honeſta, ut in quocunque loco ſedem manendi acciperent ea ibidem in ſui memoriam reponerent: quæ adhuc in Dunelmenſi reſervantur eccleſia. Iſte Coſpatritius eſt pater Dolphini, Walthevi, & Coſpatrici. Poſt Coſpatritium datus eſt comitatus Walthevo, Siuardi comitis filio, qui ei tam ex patris, quam & matris
Pag. 111. proſapia debebatur. Fuerat enim Siwardi comitis filius ex

Robertus Cumyn comes Northumbr.

E

filia Alfredi, quondam comitis, Alfleda. Capto poſtmodum Walthevo commiſſa eſt cura comitatus Walchero epiſcopo uſque ad diem occiſionis ſuæ. Inde rex dedit illum honorem Albrio. Quo in rebus difficilibus parum valente, patriamque reverſo, idem rex Rodbertum de Mulbreio præfecit comitem Northumbrenſibus. Sed eo capto rex Gulielmus minor, & poſt eum rex Henricus Northumbriam in ſua manu tenuerunt.

2 Juſtine

Juſtine & Guthmund, filius Steitan, duces Danorum, qui anno D. 991. deprædaverunt Gipeſwic. Bricthnotus ab eiſdem juxta Maldunam occiſus. Gipeſwik.

Anno D. 993. Bebbanburg à Danis fracta & ſpoliata.

Edricus Streona comes Merc: gener Ethelredi regis.

Edricus Streona ſororius Edmundi Yronſide regis.

Edricus Streona à Canuto rege Lincoln: in palatio occiſus. Cum quo dux Northmannus, filius Leofwini ducis, frater ſcilicet. Leofrici comitis, & Athelwardus, filius Agelmari ducis, & Brictricus, filius Alphegi Donnanenſis ſatrapæ, ſine culpa interfecti ſunt.

Hacun nobilis comes Danicus nobilem matronam Gunhildam, (i. e. Canuti regis) ſororis ſuæ, & Wictegeorni regis Winidorum, filiam, in matrimonio habuit. Exulat Edwinus, frater comitis (Merc.) Leofrici, occiſus ab Wallenſibus.

Tremerin Wallonicus antiſtes Ethelſtani Hereford: epiſcopi vicarius. Nam Ethelſtanus cæcus erat 13. ante mortem ſuam annis.

Leovegarus, ſucceſſor Athelſtani epiſcopi Hereford. à Grifino, Walanorum rege, in loco, qui Glaſbiry dicitur, cum clericis ſuis & vicecomite Agelnoto occiſus. Glaſebyri nunc agpellatur prope Vagam flus

Comes (Merc:) Leofricus, Leofwini ducis filius, obiit in ſenectute in propria villa, quæ dicitur Bromlege, 2. Cal. Sept. anno D. 1057.

Algarus filius ſucceſſit Leofrico patri.

Northumbrenſes miniſtri Gamelbearn, Dunſtanus, filius Agelnothes, Glomern, filius Eardulphi, cum 200. militibus Eboracum venerunt, & pro execranda nece nobilium Northumbr: miniſtrorum Coſpatritii, (quem regina Edgith, germani ſui Toſtii cauſa, in curia regis 4. nocte Dominicæ Nativitatis per inſidias occidi juſſit:) & Gamelis, filii Orni, ac Wlfii, filii Dolfini, (quos * præcedenti Ebor: in camera ſua, ſub pacis fœdere, per inſidias comes Toſtius occidi præcepit :) necnon pro immenſitate tributi, quod de tota Northumbr: injuſte acceperat, eodem die primitus illius Danicos Huſcarlas Amundum & Reaveneſwearcum de fuga retractos extra muros civitatis, ac die ſequenti pluſquam ducentos viros ex curialibus illius in ‡ boriali parte flu: Humbræ peremerunt : ærarium quoque ipſius fregerunt, ac omnibus, quæ illius fuerant, ablatis, receſſerunt. Pag. 114.

* Anno *adjiciend.* ‡ *Sic.*

Toſtius

Toſtius comes auxilio Edwini comitis exulat.

Haroldus rex juxta Vectam fruſtra expectabat adventum Gul: ducis Norman.

Edwinus comes Merc. alias dux. Morkarus comes Northumbr:

Toſtius comes occiſus ab Edwino & Morkaro comitibus fratribus germanis in boreali parte Uſæ, juxta Eboracum.

Edwinus & Morkarus interfecto Haroldo ſororem ſuam Aldgytam reginam ad civitatem Legionum miſere.

Edricus cog: Sylvaticus, filius Alfrici, fratris Edrici Streonæ. Hujus terram, quia ſe dedere regi dedignabatur, Hereford: caſtellani, & Richard filius Scrob, frequenter vaſtavere.

Vide num hic Richardus nomen Richardi caſtro dederit.

Et rurſus ut Edricus auxilio regulorum Walliæ Hereforden: provin: vaſtaverit, Marleſweine, Elfwinus filius Normanni, & Coſpatrik nobiles de Northumbria timentes Gul: regem Scotiam petunt.

Godwinus, Eadmundus, Magnus, filii Haroldi regis Angl: in Sumerſetana applicantes, Eadnothum, Stallarium Haroldi regis, cum exercitu quem ductabat fundunt.

Pag. 115.

Normanni qui Eboraci fuerunt, præter Wilhelmum Mallet cum conjuge & 2. liberis, & Giſlebertum de Gaunt ac paucos alios, interfecti omnes.

Malcolinus rex Scottorum genuit è Margareta, Edgari Clitonis filia, ſex filios, Eadwardum, Eadmundum, Eadgarum regem, Alexandrum regem, Ethelredum, David regem, & 2. filias, Matilden reginam Angl: & Mariam, quam Euſtachius comes Bononiæ in conjugium accepit.

Edricus Sylvaticus conciliat amicitiam Gul: regis.

Ethelredus, Oſherus, Wicciorum ſubregulus, Cenredus, Ethelbaldus primi fundatores Wigorn: eccleſiæ.

Edwinus & Morkarus rebelles Gul: regi.

Edwinus dum Scotiam petit à ſuis inſidias perpeſſus in itinere occiditur.

Morkarus comes cum Herewardo, viro ſtrenuiſſ: Hely inſulam petunt, quo Egelwinus, epiſcopus Dunelmen: & etiam Siwardus Barne pervenerunt, &c. ut ſe regi Gul: ſubmiſerint præter Herèwardum, qui aufugit.

Morkarus à Gul: rege in cuſtodiam miſſus.

Dol caſtellum Minoris Britanniæ, quod erat Rodolphi Bigot comitis Northfolc: à Gul: rege obſeſſum.

Liwulphus nobilis habuit in conjugio Aldgytam, filiam Alredi comitis Northumbr: ex qua procreavit filios Uctredum & Morkarum. Hujus Aldgithæ ſoror fuit Elfleda, mater Waltheovi comitis. Unde ipſe comes conſobrinum ſuum parvulum prædictum Morkarum deo nutriendum monachis in Girwa commendavit. Quo tempore ipſe comes erat apud Tinemuth, quem locum ſimul cum prædicto parvulo ipſis monachis commiſit diſponendum.

Liwul-

th

Liwulphus invidia Leodwini, capellani Walcheri comitis, & audacia Gileberti, propinqui Walkeri, epiſcopi Dunelmen: occiſus eſt.

Walkerus epiſcopus & Leothwinus occiſi in vindictam necis Liulfi.

Gul: comes de Owe deſcivit à Roberto duce Norman: ad Gul. juniorem regem.

Gul. de Owe conſpirat contra Gul: regem cum aliis, qui conati ſunt Stephanum de Albamarla, filium amitæ Gul. Rufi, in regem conſtituere.

Robertus de Mulbreio in crure graviter ſauciatus captus eſt apud Tinemuthe. Pag. 116.

Malveiſin caſtrum erectum contra Bebbanberge.

Guallenſes caſtellum Montgomeric fregerunt.

Gul. Rufus rex juſſit teſticulos exſcidi, & oculos erui, Gul: de Owe Sereaſbiriæ in duello victo.

Odo comes de Campania, pater Stephani de Albamarla, & Philippus, Rogeri comitis Scrobeſbirienſis filius, in cuſtodia à Gul. rege poſiti.

Stephanus de Albæmare unus principum exercitus qui obſederunt & ceperunt Hieruſalem.

Anno D. 1103. Gul. comes de Moretunio exheredatus eſt de tota terra ſua quam habuit in Angl:

Anno D. 1107. Milo Criſpin, Robertus filius Haimonis, Rogerus Bigot, Richardus de Reduers vita deceſſerunt.

Anno D. 1118. Robertus comes de Melento moritur.

Gul. filius Henrici 1. regis, qui naufragio periit, duxerat in uxorem filiam Fulconis comitis Andegavenſis. Perierunt cum filio regis frater ſuus nothus Richardus comes cum filia regis, quæ erat uxor Rotronis, & Richardus comes Ceſtrenſis cum uxore ſua nepte regis, ſorore Tedbaldi comitis nepotis regis. Periit & Othoel magiſter filii regis, & Gaufridus Ridel, & Robertus Malduit, & Gul. Bigot, multique alii principales viri nobileſque feminæ quam plures, cum regiis pueris non paucis. Militaris numeri 140. & nautarum 50. cum 3. gubernatoribus.

Anno D. 1140. Stephanus rex dedit Northumbr: Henrico filio Davidis regis Scotiæ.

Anno D. 1141. Albericus de Ver occiſus eſt London: ſeditione civium.

Anno D. 1157. Malcolinus rex Scottorum venit ad regem Angl: apud Ceſtre, & homo ſuus devenit, eo modo quo avus ſuus fuit homo veteris regis Henr: ſalvis omnibus dignitatibus ſuis.

Anno D. 1168. qui & 12. Henr: 2$^{i}$. Richardus comes de

Striguil invaſit Hiberniam, & mag: ejus partem ſubjugavit.

Pag. 117. Richardus de Yveceſtre, Richardus de Lucy, Gul. Giffard, Adam de Cheringes excommunicati à Thoma archiepiſcopo Cantuar:

Comes Hugo, Randulfus de Broc, Thomas filius Barnardi, Robertus de Broc clericus, Hugo de S. Claro, Letardus clericus de Norflita, Nigellus de Sacca villa, Richardus frater Gul. de Haſtinges excommunicati à Thoma Cantuar: archiepiſcopo.

Mons calvus nobile caſtellum regis Franc: combuſtum per Wallenſes milites Henr: 2. regis Angl.

Anno D. 1170. Henricus de Agnellis cum duobus filiis naufragio periit inter transfretandum in Angl. cum Henrico 2.

Henricus pater rex ſervivit Henr: filio regi in die coronationis ſuæ.

Interfectores Thomæ archiepiſcopi Cantuar: ad curiam regis redire non auſi, in occidentales Angl: partes ſeceſſerunt uſque ad Cnareſburg &c.

Venerunt ad Waterford ad Henr: patrem rex Scorcenſis, rex de Limerich, & rex de Oxerie, & rex de Mida, & Ragenoldus de Waterford, & fere omnes potentes Hiber: præter regem de Conacta, qui dicebat ſe de jure dominum eſſe totius Hiberniæ.

Primus. Gelaſius Armacenſis archiepiſcopus, totius Hiberniæ Primas, habet ſub ſe 8. ſuffraganeos, quorum hæc ſunt nomina:

Edanus Lugdunenſis epiſcopus.
Mauricius Tharenſis epiſcopus.
Malachias Thuenenſis epiſcopus.
Neemias Chonderenſis epiſcopus.
Gilbertus Rathpothenſis epiſcopus.
Thaddæus Cenenerſis epiſcopus.
Chriſtianus Ardahachdenſis epiſcopus.
Eleutherius Duenerardenſis epiſcopus.

Secundus. Donatus Caſſelenſis archiepiſcopus habet ſub ſe x. ſuffraganeos, quorum nomina hæc ſunt:

Chriſtianus Liſmorenſis epiſcopus apoſtol: ſedis legatus.
Inmeleccenſis epiſcopus.
Pag. 118. Cluanumenſis epiſcopus.
Arcmorenſis epiſcopus.
Lumpniacenſis epiſcopus.
Kildareuenſis epiſcopus.
Waterfordenſis epiſcopus.
Archferdenſis epiſcopus.
Roſenſis epiſcopus.
Finnabrenſis epiſcopus.

Laurentius

Laurentius Dublinenſis archiepiſcopus habet ſub ſe quinque ſuffraganeos quorum hæc ſunt nomina:

Biſtaghnenſis epiſcopus.
Fernenſis epiſcopus.
Leghglenſis epiſcopus.
Kildarenſis epiſcopus.
Eripolenſis epiſcopus.

Catholicus Thuaimenſis archiepiſcopus habet ſub ſe quinque ſuffraganeos, quorum nomina hæc ſunt:

Kyenfernenſis epiſcopus.
Kyulathenſis epiſcopus.
Maigonenſis epiſcopus.
Aelfinenſis epiſcopus.
Achathkonrenſis epiſcopus.

Et hi omnes receperunt ſibi Henr: regem Angl: & heredes ſuos in reges.

Rex vero Angl: miſit tranſcriptum chartarum univerſorum archiepiſcoporum & epiſcoporum Hiber: ad Alex: papam, & ipſe confirmavit illi & heredibus ſuis regnum Hiberniæ.

Henricus pater rex dedit & charta ſua confirmavit Hugoni de Lacy totam terram de Mida cum pertinentiis, & civitatem Dubliniæ. & conſtituit eum Juſtitiarium totius Hiberniæ.

Et tradidit Roberto filio Bernardi in cuſtodiam civitatem Waterfordiæ & civitatem * Welleſordiæ, cum pertinentiis earum, & præcepit caſtella in eis firmari.

Henricus filius rex 2°. coronatus Wintoniæ cum conjuge.

*Teſtes conventionis inter regem Henr: patrem & comitem Maurienſem, cujus filia nuberet Joanni, filio Henrici regis.* Pag. 119.

Gul. comes de Mandevilla.
Gul. comes de Arundel.
Radulphus de Faunte.
Gul. de Curcy.
Gul de Humez.
Fulco Painel [& Radulphus de Faia.]
Robertus de Brinecurt.
Gul: Maingot.
Theobaldus Chabot.
Gul. de Munluf Zun.
Petrus de Muncaſſun.
Gaufridus Foreſtarius.

Caſtella promiſſa Joanni filio ſuo ab Henrico patre rege prima inimicitiæ cauſſa inter ipſum patrem regem & filium regem.

* *Sic cum duob. punctis ſub* ll. Welleſordiæ *tamen in aliis etiam exemplarib.*

 Hugo

Hugo de Laci & Hugo de Bello campo conſtabularii Henrici patris in caſtro de Vernolio, cum Ludovicus rex Franc: & Henr: filius rex Angl: illud obſiderent.

Comes Ceſtriæ & Radulphus de Fulgeriis cum exercitu Britonum vincuntur à militibus Henr. patris. Patric de la Landa captus hoc prœlio.

Hugo comes Ceſtriæ, & Radulfus de Fulgeriis cum multis aliis nobilibus capti in expugnatione Doli caſtri Britan.

Comes Leirceſtriæ, & uxor ejus, & Hugo de Caſtellis vir nobilis Franc: capti in bello de Forneham non longe ab ecclesia S. Genouefæ prope S. Eadmundum de Byri. In quo bello mag: Flandrenſium numerus occiſus.

Richardus de Iveceſtre archid: Pictavenſis fit epiſcopus Winton:

Gaufridus Lincoln: electus regis Henrici patris filius cepit caſtellum de Kinard Fery & ſubvertit. Rogerus de Moulbrei, ejuſdem caſtelli conſtabularius, captus eſt in itinere verſus Leyrceſtr.

Pag. 120. Reginaldus comes Cornubiæ & Richardus de Luci Juſtitiarius Angl: combuſſerunt villam de Leirceſtre totam cum eccleſiis & ædificiis, excepto ſolo caſtello.

Margareta filia Ludovici regis Franc: uxor Henrici filii regis.

Hugo Dunelmenſis epiſcopus tradidit Hugoni comiti de Bar, & Flandrenſibus, qui appulerant cum eo apud Hertlepole, caſtellum ſuum de Alverton in cuſtodiam.

Nobiles ultro cum ſuo rege Gul: Scotto capti apud Alnewic. Richardus Cumyn, Gul. de Mortimer, Gul. de Inſula, Henr: Revel, Radulfus de Ver, Jordanus Flandrenſis, Waldevus filius Baldewini de Bicre, Rac: Maluuel.

Obſides Scottorum dati Henr: patri regi: David frater Gul: regis Scot: Dunecan comes, comes Waldevus, comes Gilebertus, comes de Anegus, Richardus de Moreville conſtabularius, & Nes filius Gulielmi, Richardus Cumyn, Gualterus Corbet, Gualterus Clifard, Joannes de Vals, Gul: de Lindeſey, Philippus de Colevile, Philippus de Valluines, Robertus Fremberte, Robertus Burnevile, Hugo Giffard, Hugo Ridel, Gualterus de Berkelay, Gul. de la Hay, Gul. de Mortimer.

Richardus de Humezt conſtabularius Henrici patris, Gul. Curci, & Gilebertus Mallet ſeneſcalli Henrici patris.

Anno D. 1175. Rothericus rex Conactiæ in Hibernia fit tributarius Henrici patris. Reginaldus de Curtenea unus teſtium hujus pacti. Eodem anno obiit Reginaldus, comes Cornubiæ, avunculus Henr: regis, apud Certeſey, & ſepultus eſt apud Red'n ges.

Pag. 121. Anno D. 1176. qui fuit 25. reg: Henr: patris, in magno conſilio

conſilio apud Notingham diviſum eſt reg. Angl. in 6. partes, per quarum ſingulas 3. juſtitiarii deſignati ſunt, quorum nomina ſequuntur :

| | |
|---|---|
| * Hugo de Creſci,<br>Gualterus filius Roberti,<br>Robertus Mantel, | Lincolnſhire Notinghamſhire, Darbye, Stafford, Warewic, Northampton, Leirceſter. |
| Robertus filius Bernardi,<br>Richardus Giffard,<br>Rogerus filius Reinneri, | Kent, Surrey, Southampton, Soutſex, Berkſhir, Oxford. |
| Gul: filius Stephani,<br>Berthram de Verdoun,<br>Thurſtanus filiusSimonis, | Hereford, Gloceſter, Wirceſtre, Salop. |
| Radulphus filiusStephani,<br>Gul: Ruffus,<br>Gilbertus Pipard, | Wilteſhir, Dorſet, Sumerſete, Devonia, Cornubia. |
| Robertus de Vals,<br>Ranulphus de Glanvilla,<br>Robertus Pikenot, | Ewerwic, Richemund, Lancaſtre, Copland, Weſtmerland, Northumbreland, Cumbreland. |

Butevile opp: Franc: & caſtellum.

Mulinois caſtellum Franc.

Anno D. 1177. Gul. comes Gloceſtriæ, filius Roberti comitis fratris imperatricis, dedit Joanni, filio D^i^. regis, filiam ſuam in uxorem cum comitatu Gloceſtriæ, ſi præfatus Joannes prædictam mulierem licentia D^i^. Papæ poſſet ſibi in matrimonio copulare. Et pro hac conceſſione D^s^. rex Angl: pater dedit primogenitis filiabus ejuſdem comitis ducentas libratas reddituum in Angl: videlicet uxori Amauri, comitis Ebroicarum, centum libratas: & uxori Richardi, comitis de Clare, centum libratas.

Eodem anno obiit Richardus comes de Strigul, quem D^s^. rex Angl: pater Juſtitiarium totius Hiber. conſtituerat, in cujus loco conſtituit Gul. filium Aldeiini, qui ſaiſavit in manu regis omnes munit: quas prædictus comes in Hibernia habuit.

Eodem anno Gul: comes de Arundel obiit, cui ſucceſſit Pag. 122.
filius ejus Gul:

Eodem anno obiit Gul: de Curci Juſtitiarius Normann: cui ſucceſſit Gul: filius Radulphi.

Eodem anno D^s^. rex fecit demoliri caſtellum & mœnia Leirceſtriæ, & caſtellum de Groby, & caſtellum de Treſk, & caſtellum de Maleſart, & caſtellum novum de Alverton, & caſtellum de Fremingam, & de Bungey, & fere omnia caſtella Angl: & Norman: quæ fuerunt contra eum tempore guerræ.

Alverton novum caſtellum ab Hugone, ut ego colligo, epiſcopo Dunelmenſi conſtructum.

* Habet hæc Seldenus in libro intit: Jani facies &c. *in marg. à manu Antonii à Wood.*

Paſci & Mountſorel vide num ſint Gal: an Angl: caſtella, quia utrinque hujus nominis caſtella ſint.

Sed caſtellum de Paſci retinuit in manu ſua, & caſtellum de Mountſorel ſicut ſuum proprium, quod ei adjudicatum fuit per recognitionem hominum legalium de inſueto.

Eodem anno obiit Radolphus de Dolis in Berria, cujus filiam & heredem D[s]. rex Angl: pater * dedit Baldwino" de Rivers in uxorem cum honore caſtelli Radulphi.

Caſtellum Radulphi.

Eodem anno Petrus Prior de Wenneloc factus eſt epiſcopus de S. David in Wallia.

Henricus pater celebrans generale concilium apud Northampton anno D. 1177. reddidit Roberto comiti Leirceſtriæ omnes terras ſuas citra mare, & ultra, ſicut eas habuit 15. diebus ante guerram, exceptis caſtellis de Mountſorel & Paſci. Similiter comiti Hugoni Ceſtriæ, & Gul. de Albeneio, filio Gul: comitis de Arundel, dedit comitatum de Southſax.

Paſci & Mounſorel caſtella. Comit: de Suthſax datus Gul: de Abeneio, filio comitis Arundal.

Eodem anno Vivianus Cardinalis fuit in Man inſula cum Guthredo rege Manniæ.

Eodem anno Dun civitas, caput Ulueſtriæ in Hiber: obſeſſa à Joanne Curci, & capta.

Eodem anno obiit comes Hugo Bigot, cujus theſauros D. rex pater ſibi retinuit.

Rex Angl: pater tradidit Gul: de Stutevile caſtellum de Rokeſburg in cuſtodia.

Et Rogero de Stutevile caſtellum puellarum.

Et Gul. de Neville caſtellum de Norham.

Et Rogero Ebor: archiepiſcopo caſtellum de Scartheburg.

Pag. 123.

Et Gaufrido de Nevile caſtel: de Berewic.

Et Rogero de Coniers turrim de Dunelmo, quam rex ab Hugone epiſcopo Dunelmen: abſtulit, quoniam ficte ei ſervierat in guerra ſua: & ideo dedit ei epiſcopus duo M̄. mercarum argenti, pro amore ſuo † habenda, & ut caſtella ſua ſtarent: & ut rex Henrico de Puteaco filio ſuo daret manerium regium de Wicthtun cum pertinentiis ſuis.

Joannes, filius Henrici 2. conſtitutus rex in Hibern: in gener: concilio apud Oxenford, confirmante factum Alex: pont: Ro: Et in eodem concilio venerunt ad regem, Reſus, filius Grifini, regulus de Southwales, & David, filius Owani, regulus de Northwales, (qui ſororem ejuſdem regis Angl. in uxorem duxerat:) & Cadwalanus, regulus de Deluam, & Owanus de Kemliau, & Griffinus de Brunfeld, & Madacus

* *Hæc ex impreſſ. adjeci.* † *Sic cum duob. punctis ſub poſtrema* a. *Legend.* "habendo, *ex Ed. Savil.*

filius

rd
ſilius * Geruet, cog. Crunden, id eſt, ſimus, & alii multi de nobilioribus Gualliæ, & omnes devenerunt homines regis patris & filii. In eodem concilio rex dedit prædicto Reſo, filio Grifini, terram de Merionith: & David filio Owani, terram de Elleſmare.

Dedit rex Roberto, fil: Stephani, & Miloni de Cogham, regnum de Corch, excepta civitate de Corch cum uno cantaredo.

Dedit Hereberto, filio Hereberti, & Gul: fratri comitis Reginaldi, & Joſlano de la Pumeray, nepoti eorum, regnum de Limeric, excepta civitate de Limeric.

Herkelow cum pertinent: Glaſcawic cum pertinent: terra Gilberti de Boiſrohard: Ferneguinal cum pertinent: Fernes cum pertinent: terra Hernci inter Weſeford & aquam de Waterford, &c. adjecta civitate de Waterford.

Robertus de Poer factus mareſcallus de Waterford.

Rex dedit apud Merleberg Philippo do Breuſa totum regnum de Limeric. Nam Herebertus & Gul: fratres Reginaldi, comitis de Cornubia, & Joſlanus de la Pumerey, nepos eorum, reg: illud habere noluerunt.

Hibernus quidam invadens reg: Limeric, & regulus de Corc, & multi divites Hiber. inſurrexerunt in Henr: regem. Pag. 124.

Rex Henr: reddit Barptolemæo Exon. epiſcopo capellariam de Boſeham. Capella de Boſeham in Southſex.

Petrus de Curtenei frater Ludovici regis Franc.

† Albertus, comes Marchiæ in Pictavia venit ad Grandem montem ad Henr: regem, & quia carebat heredibus vendidit ei ultro ſuum comitatum pro 15. M. libr: Andegaven: & pro 20. mulis, & totidem palefridis. Et charta ſua confirmavit.

Anno D. 1179. apud Oxnehale in territorio de Derlington elevavit ſe terra in altum ad ſimilitudinem proceræ turris, & ita remanſit ab hora diei 9ª. immobilis uſque ad veſperam, & tunc cecidit cum tam horribili ſtrepitu, quod vicinos terruit omnes, & abſorbuit eam tellus & fecit ibidem puteum pro fundiſſ: qui eſt ibi in teſtimonium rei in hodiernum diem.

Richardus de Luci Juſtitiarius Angl: fit canonicus reg: in abbatia ſua Leſnes, quam ipſe in fundo ſuo fecerat. Leſnes monaſter.

| | | |
|---|---|---|
| Richardus epiſcopus Winton:<br>Rich: theſaur: regis,<br>Nicolaus filius Toroldi,<br>Thomas Baſſet,<br>Robertus de Witefeld, | Southampton, Wiltſhir, Glouceſtre, Dorſet, Sumerſete, Devon, Cornubia, Barkſhir, Oxford. | Juſtitiarii. |

* *Sic in MS. noſtro.* Geruetrog: & alii multi *&c. in Ed. Savil.* † Alias Andebertus *ſupra lin. à manu Lelandi.*

Gaufridus

| | |
|---|---|
| Gaufridus Elien: epiſcopus,<br>Nicolaus capel: regis,<br>Gilebertus Piparde,<br>Reginaldus deWiſebec, clericus regis,<br>Gaufrid Hoſee, | Grantebrige, Huntendune, Northampton, Leirceſter, Warwic, Wireceſter, Hereford, Stafford, Salop. |
| Joan: epiſcopus Norwicen:<br>Hugo Murdac, cler: regis,<br>Michaël Belet,<br>Ricardus del Pec,<br>Radulphus Brito, | Northfolc, Southfolc, Eſſex, Hertford, Midleſex, Kent, Surrey, Suderey, Búkingham, Bedeford. |

Pag. 125. Godefridus de Lucy,
Joan: Cumin,
Hugo de Gaerſt,
Rannulfus de Glanvile,
Gul: de Bedinghes,
Alanus de Furnel.

Iſti 6. ſunt juſtitiæ regis in curia conſtituti ad audiendum clamores populi, & eis hæ erant aſſignatæ provintiæ, Notingham, Derby, Everwic, Northumbreland, Weſtmerland, Cumbreland, & Lancaſtre in Rible & Merſey.

Baldewinus comes de Ginnes.

Hugo de Puteaco cancell: regis Franc. filius Hugonis Dunelmenſis epiſcopi.

Gul: comes Albemarle obiit, & ſepultus eſt in abbat: ſua de Thortun.

Anno D. 1180. & Henr: $2^{i}$. 26. Ranulfus de Glanvile fit ſummus juſtitiarius totius Angl: cujus conſilio conditæ ſunt leges ſubſcriptæ, quas Angl: vocamus:

Pax quatuor chiminorum, ſcilicet Wathlingeſtrete, Foſſe, Hunildeſtrete, Ermigeſtrete.

Lex Danorum quam habebant Angli ſumme approbata Gul: Baſtardo, quod is à Danis originem traxerat.

Trehinge 3. pars provintiæ.

Paginæ 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, vacant.

Pag. 133. *E primo libr: Gul. Meldunenſis* [*ſive de Malmeſbury*] *de regibus Anglorum.*

Witherdus laudatur) Domi enim civilis, & bello invictus Chriſtianam religionem ſanctiſſime coluit, poteſtatem ampliſſime porrexit, &, ut nihil felicitati deeſſet, poſt triginta tres annos longævus, quod beatiſſimum mortales putant, ſuperſtitibus ejuſdemque heredibus liberis tribus fato functus eſt. Quorum Edbertus 23. Edelbertus 11. Alricus 34. annis paterna terentes inſtituta haud decolore exitu regnum continuávere.

avere. Niſi quod Edelbertus fortuito urbis incendio, & Al: infauſto adverſus Mercios prœlio gloriam temporum ſuorum non parum obſcuravere, &c. ut Alricus à Merciis captus ſit, & poſtea à vinculis liberatus, nec à Cantiis in regnum receptus obſcura morte perierit.

Sup: reg: poteſtate

Qua 15. annis functus fatum complevit, regno toto præter inſulam Vectam ad filium devoluto. Ea enim indultu regiæ munificentiæ poteſtati Werhtgari nepotis ſui acceſſit. Is cum ſanguinis propinquitate, tum bellandi artibus avunculo juxta charus, celebrem in eadem inſula primo principatum, poſt & ſepulturam accepit. Cerdic rex Weſt-Sax.

Cenricus, filius Cerdic, regnavit annis 24.

Ceaulinus, filius Kenrici) Quia enim in odium ſui quaſi claſſicum utrobique cecinerant, conſpirantibus tam Anglis quam Britonibus, apud Wodneſdic cæſo exercitu, anno 31°. regno nudatus in exilium conceſſit, & continuo deceſſit.

Cudæ, ejus fratris, filii poſtea regnabant, Celricus annis quinque, Ceolwulphus 14.

Poſt quos Cinigillus, filius Celrici, & Quicelmus regni infulas æqua lance induerunt.

Quicelmus regnavit annis 25. cum Cinigillo, qui ſupervixit & regnavit poſtea annis ſex.

Kenualchius rex, filius Cinigilli) Religioſus adeo, ut primus anteceſſorum ſuorum in Wintonia templum per id ſeculi pulcherr: conſtrueret.

In fine epiſtolæ Eleutherii epiſcopi Ventani de fundatione monaſterii Maildulphi) Actum publice juxta flumen Bladon. Leyland. forſan Avon.

Laus Aldelmi) Erat enim vir ille cum religione ſimplex, cum eruditione multiplex, & qui famam virtute præiret, liberalium artium epotator. Si non hæc teſtantur in ſingulis & in omnibus ſingularis; mentior ſi non hæc teſtantur de virginitate codices, immortales ejus ingenii indices, quibus in eo judicio nihil dulcius, nihil ſplendidius. Quanvis, ut eſt noſtri ſeculi deſidia, quibuſdam pariant nauſeam, non attendentibus, quia juxta mores gentilium varientur modi dictaminum. Pag. 134.

Kenwalchius, rex Weſtſax: in regno annos 31.

Eſcuinus, rex Weſtſax: regnavit annis 2.

Centuinus, Cinigilli filius, rex Weſt-Sax: reg. annis 9.

Beda confirmat hos regnum inter ſe diviſiſſe.

Ina, rex Weſt-Sax: reg: annis 38.

Ina, Cinelgilli ex fratre Cuthbaldo pronepos. Fuerunt qui dicerent eum fuiſſe regis nepotem ex Kentenrico fratre.

Winburna) Vicus eſt modo ignobilis, tunc temporis inſignis, in quo frequens virginum chorus.

Ina Romam abiit. Ibi ne pompam ſuæ converſionis faceret non publicis vultibus expoſitus crinem depoſuit, ſed ut ſolius dei oculis placeret amictu plebeio tectus clam conſenuit. Nec deerat tanti dux femina facti.

Ethelardus Inæ conſanguineus 14. annis regnavit, & regnum Tuketo cognato reliquit.

Sigebertus Weſtſax: reg: arripuit.

Poſt quem regnavit Kinewulphus annis 31. interfectus tandem à Kineardo, Sigeberti fratre.

Brictricus ſucceſſit, qui & Offæ regis Merciorum Edeburgam filiam in uxorem accepit, & Egbrihtum ſolum regalis proſapiæ ſuperſtitem in Franciam fugandum curavit. Hic Brichtricus ſepultus fuit apud Werham.

Brichtrico ſucceſſit Ecbertus.

*De regibus Northumbr: loquitur.*

Filii Wodenii, Veldegius, Wintlegius, Beldegius;

Illud tamen non immerito notandum, quod cum Wodenio fuerint tres filii, Weldegius, Wintlegius, Beldegius, de primo reges Cantuaritarum, de 2°. Merciorum, de 3. Weſtſaxonum & Northumbrorum, præter duos quos procedeus ſermo nominare perget, originem traxerint.

Error ſcriptoris de Bannechore.

Quorum incredibilem noſtra ætate numerum fuiſſe indicio ſunt in vicino cœnobio tot ſemiruti parietes eccleſiarum, tot anfractus porticuum, tanta turba ruderum quantam vix alibi cernas. Vocatur locus ille Bancor, tunc monachorum famoſum receptaculum, nunc mutatus in epiſcopium.

Pag. 135.

Ethelfridus, rex Northumbr: regnavit annis 24. Habuerat ex Acca, filia Allæ & ſorore Edwini, filios duos, Oſwaldum duodennem, & Oſwulphum quadriennem, qui occiſo genitore nutritorum diligentia fuga lapſi Scotiam evadunt.

wium

Edwinus, quem Ethelfridus ad orientales Anglos fugaverat, in regnum ſucceſſit.

Laus Edwini) Tunc vicinos reges ad fidem invitare, tunc eccleſiarum ædificia excitare, nihil quod ampliandæ fidei congrueret negligere.

[Error ſcriptoris.]

Inſulæ Mevaniarum, quas nunc Angleſey, id eſt, Anglorum inſulas, dicunt, Edwini poteſtatem adorabant.

Anno ætatis ſuæ 48. regni 17. una cum filio interfectus eſt.

Streoneſhalch, nunc Whiteby, monaſter: diſtat ab Eboraco 30. paſ: mil.

Oſredus, filius & heres Alfridi regis Northanumbrorum, infamis ſtupro Monialium.

Epiſtola Sergii epiſcopi Ro: ad Ceolfredum abbatem ut Bedam Romam tranſmitteret.

Sepulta

Sepulta eſt cum eo geſtorum omnis pene notitia uſque ad ¶ noſtra tempora. Adeo nullus Anglorum ſtudiorum ejus æmulus, nullus gloriarum ejus ſequax fuit. Beda.

Alfwoldus rex Northumbrorum ſepultus Hauguſtalduni.

Jam ceſſante rectore per triginta tres annos provintia Northumbrorum riſui & prædæ finitimis fuit.

Peada
Weda, Pendæ filius, ſucceſſit in parte regni auſtralibus Merciis prælatus.

Elfwinus, frater Ecfridi, regis Northumbr: ab Ethelredo, Pendæ filio, bello occiſus.

Habuit autem Ethelredus, ante monachatum in Bardeney acceptum, Oſtigiam, ſororem Ecfridi regis Northum: in uxorem, ex qua filium Ceolredum ſuſcepit.

E Donatione Ceolwulphi) Hujus rei gratia Donationem ☜ me vivente concedo, ut omnia monaſter: & eccleſiæ regni mei à pub: vectigalibus, & operibus, & oneribus abſolvantur, niſi in conſtructionibus arcium & pontium, quæ nulli unquam relaxari poſſunt.

Offa rex Merc: reg: annis 39.

Bonifacio Anglo epiſcopo Moguntino Julius & ipſe natione Anglicus ſucceſſit in epiſcopatu.

Londonia tamen cum circumjacentibus regionibus Merciorum regibus quamdiu ipſi imperitaverunt paruit. Pag. 136.

*Ex 2. libr: Gul: Meldunen: de reg: Ang:*

Bernulphus, rex Merc: bellum Ecberto regi Weſt-Sax: indixit. Ille glorioſe damnum ducens ſi cederet, occurrit alacriter, conſertaque pugna fugit Bernulphus victus miſerabiliter. Factum eſt hoc bellum apud Hellendune anno D. 826. Ellendune.

Ecbertus rex Weſtſax: regis Inæ de fratre * Inegildo abnepos.

Swithunus præſul Winton: tempore Ethelwolphi (patris Alfredi Mag:) regis Weſt-Saxonum.

Ethelwolphus fuit filius Ecbrighti. Ecbrightus Elmundi. Elmundus Eafæ. Eafa Eoppæ. Eoppa Ingildi, fratris Inæ regis, qui ambo filii fuere Kenredi. Kenredus filius Ceadwallæ. Ceadwalla Cudæ. Cuda Cudwine. Cudwinus Ceaulini. Ceaulinus Cinricii. Cinricius Creodingi. Creodingus Cerdicii, qui fuit $1^s$. rex Weſtſax: Cerdicius Eleſii. Eleſius Eſlii. Eſlius Giwi. Giwius Wigii. Wigius Freuini. Freuinus Fridegarii. Fridegarius Brondii. Brondius Beldegii. Beldegius Wodenii. De iſto, ut ſæpe diximus, proceſſere reges multarum gentium. Wodenius filius Fridewaldi. Fridewaldus Fregaſii. Fregaſius Finni. Finnus Godwini. Godwinus

* *Sic, cum duobus punctis ſub e.*

Getii. Getius Tectii. Tectius Beowii. Beouius Cheldii. Cheldius Sceaf. Iſte, ut ferunt, in quandam inſulam Germaniæ Scanziam, de qua Jordanus hiſtoriographus Gotthorum loquitur, appulſus navi ſine remige puerulus poſito ad caput frumenti manipulo dormiens, ideoque Sceaf nuncupatus, ab omnibus regionis illius pro miraculo acceptus & ſedulo nutritus. Adulta ætate regnavit in oppido quod nunc Slaſwic, nunc vero Heithes appellatur. Eſt autem regio illa Anglia vetus dicta, unde Angli venerunt in Britanniam, inter Saxones & Gotthos conſtituta. Sceaf filius Hermodii. Hermodius Stermodii. Stermodius Stermonii. Stermonius Hadræ. Hadra Gualæ. Guala Redwegii. Redwegius Streſei. Hic, ut dicitur, fuit filius Noe in archa natus.

Scheaf, unde forſan Scheaſi curia, alias Scheaſsbyri. Heremodius pater Sheaf.

Pag. 137. Rex Guthran, quem noſtri Gurmundum vocant.

Londoniam, caput reg: Mer: cuidam primario Ethelredo in
Sup: Alfredus Magnus.
fidelitatem ſuam cum filia Ethelfleda conceſſit.

Elfreda & Elfgiva, filiæ Alfredi regis, morbis interaneis laborabant, quare monachæ factæ.

Grimbaldus ab Alfredo rege accerſitus miſſus eſt in Angliam ab archiepiſcopo Remenſi.

Bibliothecæ Saxonum à Danis exuſtæ.

Eccleſiæ in quibus numeroſæ à priſco bibliothecæ continebantur cum libris à Danis incenſæ ſunt.

Vitam egit mag: cum finitimis gratia, & Balduino, comiti Flandriæ, Ethelſwitha filia in conjugium data, ex qua ille genuit Ernulphum & Adulphum. Iſte à patre comitatum Boloniæ ſuſcepit. Ex altero ſunt hodie comites Flandriæ.

Aldredus archiepiſcopus Ebor: inſtauravit monaſter: de Gloceſtre.

Egwina mater Ethelſtani regis.

Ethelſtanus filius Edwardi Senioris primogenitus ex Egwina nobili femina, à qua etiam filiam genuit, quæ poſtea Sictricio Northumbr: nupſit.

Edwardus Senior ex Elfleda, filia comitis Ethelmi, genuit Ethelwardum & Edwinum, & ſex filias, Elfledam, Edgivam, Ethelhildam, Ethildam, Edgitham, Elfgivam, 1. & 3. cœlibatum Deo votenves. Elfleda in ſacrato, Ethelhilda in laïco tegmine terrenarum nuptiarum voluptatem faſtidiere. Jacent ambæ Waltoniæ juxta matrem tumulatæ. Edgivam dedit pater Carolo regi, ut dixi. Ethildam frater Athelſtanus Hugoni, Edgitham & Elfgivam idem germanus miſit Henrico Alemannorum imper: quarum ſecundam Othoni filio ille locavit, alteram cuidam duci juxta Alpes.

☞ Ludovicus Aquitanorum princeps de genere Caroli Mag:

Ædwardu

Ædwardus Senior ſuſcepit ex 3. uxore Edgiva vocabulo filios 2. Edmundum & Edredum, qui ambo poſt Ethelſtanum regnaverunt; & filias duas, Edburgam & Edgivam. Edburga ſacrata Chriſto virgo Wintoniæ quieſcit. Edgivam, ſpetioſitatis eximiæ mulierem, conjunxit frater Ethelſtanus Ludovico Aquitanorum principi, &c. ut filias omnes curarit Edwardus literis inſtituendas. Edgiva uxor 3. Eduardi regis. Educardus rex filias erudiendas curavit.

Carolus iſte gener Edwardi multis calamitatibus à Rollone coactus partem illi Galliæ, quæ nunc Normannia vocatur, conceſſit. Pag. 138.

Ludovicus ſucceſſit Carolo, quo mortuo defecit Caroli Mag: proſapia.

Hugo quidam non mag: nominis tyro, filius Roberti comitis Montis deſiderii, ultro pro Domino duellum expetiit, & provocatorem interemit. Hugo Chapet occidit ſingulari certamine Iſenbardum

Ludovicus Hugonem heredem reliquit.

Hugo alteram filiam Edwardi duxit uxorem, & genuit Rodbertum. Rodbertus Henricum. Henricus Philippum. Philippus Ludovicum, qui nunc in Francia regnat. ☞

Pleimundus archiepiſcopus Cantuar: à Roma rediens in urbe Cantuariæ uno die 7. epiſcopus 7. eccleſiis ordinavit.

Alfredus rex, Edwardus rex & Adelwardus ejus filii ſepul. in novo monaſter: Wintoniæ.

Ethelfredus ſeditionem in Ethelſtanum regem movebat. Occaſio contradictionis, ut ferunt, quod Ethelſtanus ex concubina natus eſſet.

Ludualum regem omnium Wallenſium, Conſtantinum regem Scottorum cedere regnis compulit, quos tamen non multo poſt miſeratione infractus in antiquum ſtatum ſub ſe regnaturos conſtituit, glorioſius eſſe pronuntians regem facere, quam regem eſſe.

Ethelſtanus Conſtantinum Scottum & Danos nobiles in bello apud Bruneforde interfecit.

*Verſus decerpti pauci è multis de laudibus Ethelſtani, incerto autore.*

Extimuit rigidos ferula crepitante magiſtros:
Ex potans avidis doctrinæ mella medullis,
Decurrit teneros ſed non pueriliter annos.

Mortuo Sictricio rege Northumbr: cui Ethelſtanus unam è ſororibus ſuis in uxorem dederat, ipſe regnum accepit. Fugit tunc Analaphus filius Sichtricii in Hiberniam, & Godefridus frater ejus in Scotiam. Subſecuti ſunt è veſtigio regales miſſi ad Conſtantinum regem Scottorum, & Eugenium regem Cumbrorum transfugam cum denuntiatione belli repetentes. Nec fuit animus barbaris ut contra mutirent, quin potius ſine

retractatione

retractatione ad locum, qui Dacor dicitur, venientes, ſe cum ſuis regnis Anglo dedidere. In cujus pacti gratiam filium Conſtantini baptizari juſſum ipſe de ſacro fonte ſuſcepit.

Pag. 139. Ethelſtanus interea caſtrum, quod olim Dani in Eboraco obfirmaverant, ad ſolum diruit ne eſſet quod ſe tutari poſſet perfidia.

Ethelſtanus rex. Statura, ut accepimus, quæ juſtam non excederet, corpore deducto, capillo, ut * ipſi ex relliquiis vidimus, flavo filis aureis pulchre intorto.

Northwalenſium, id eſt, Britonum aquilonares regulos apud Herfordenſem urbem coëgit occurrere, & aliquandiu calcitrantes in deditionem tranſire, &c. de tributis quæ pendebant ei.

Inde digreſſus in occidentales Britones ſe convertit, qui Cornuwallenſes, quod in occidente Britanniæ ſiti cornu Galliæ ex obliquo reſpiciant. Illos quoque impigre adorſus ab Exceſtra, quam ad id temporis æquo cum Anglis jure inhabitarant, cedere compulit, terminum provinciæ ſuæ citra Tamaram flu: conſtituens, ſicut aquilonalibus Britannis Walam amnem limitem poſuerat. Urbem igitur illam, quam contaminatæ gentis repurgio defæcaverat, turribus munivit: muro è quadratis lapidibus cinxit.

Quartam filiarum Elfledæ reg: & Edwardi Senioris, Hugo rex Francorum per nuntios à germano (Ethelſtano rege) expetiit.

Nam & ibidem (Malmeſbirie) Elwinum & Ethelſtanum, filios patrui ſui Ethelwerdi, quos in bello contra Analaphum amiſerat, humari honorifice juſſit, ad caput ſepulchri S. Aldelmi.

Leyland: Ibidem 33. verſus inſerti de hoc bello contra Analaphum eodem autore, quo ſupra de laude Ethelſtani.

*Ex charta Donat: Athelſtani factæ monaſter: Malmeſbyrienſi.*

Elfredo defuncto, qui noſtræ felicitati, & vitæ æmulus extitit, nequitiæ inimicorum noſtrorum conſentiens, quando me voluerunt patre meo defuncto cæcare in Wintonia, ſi non me Deus ſua pietate eripuiſſet. Sed facto juramento Elfredus cecidit coram altare S. Petri, & manibus famulorum ſuorum portatus eſt ad Scholam Anglorum, & ibi 3. nocte vitam finivit, &c. ut partem poſſeſſionum Elfredi dono dederit Ethelſtanus monaſter: Malmeſbirienſi.

Ethl

Ethelwardi mors. Itaque rege Edwardo defuncto filius ejus Elwardus ex legitima conjuge creatus patrem cita morte ſecutus.

Tunc omnium ſpebus in Ethelſtanum erectis, ſolus Elfri-

* Ipſe *MS.*

dus, mag: inſolentiæ homo, cum ſuis clam reſtitit quoad potuit. Quo, ut ſuperius rex retulit, prodito, fuere qui fratrem regis Edwinum inſidiarum inſimularent, &c. ut Edwinus mare periit. Edwini cædes.

Nam & Malmeſbirienſe cœnobium, pluſquam 270. annis à monachicis inhabitatum, ſtabulum clericorum fecit. Pag. 140. Edwius rex.

Regem Scottorum Kinadium, Cumbrorum Malcolinum, archipyratam Manenſium, omneſque reges Wallenſium, quo-
n J
rum nomina fuere Dufnald, Giferth, Huuald, Lacob, Ludechil, ad curiam omnes coactos uno & perpetuo ſacramento ſibi obligavit.

Laudes Oſberni Cantuar: eccl: cantoris. Oſbernus Præcentor.

Anno D. 974. Edgarus Malmeſbiriam expulſis clericis monachis reſtituit, conſtituto Elurico abbate.

Edgarus ex Elfrida uxore ſecunda, filia Orgari, genuit Edmundum, qui ante ipſum quinquennio decedens Rumeſiæ jacet, & qui poſt eum regnavit Egelredum tulit. Elfrida regina.

Nam de Egelfleda cog: Candida, filia Ordmeri ducis potentiſſ: Edwardum genuit, & S. Editham de Wulfrida. Egelfleda Candida regina.

Edwardus filius Edgari regnavit 3. annis & dim.

Numerantur in Anglia 32. pagi.

Emma, filia Ricardi comitis Normanniæ, peperit Ethelredo regi Ælfredum & Edwardum.

Turgis Normannicum nomen.

Edelmerus occidentalis regionis comes cum ſuis omnibus manus * ei dedit. Ethelmerus comes.

Magnum concilium congregatum eſt apud Oxenfordam Danorum & Anglorum, ubi rex (Suanus) nobiliſſ: Danorum Sigeferdum & Morchardum interfici juſſit. Oxonii celebratum concilium.

Uhtredus Northumbr: comes ſe dedens Canuto juſſus eſt jugulari. Comitatus ejus datus Iricio, quem poſtea æquas partes ſibi vindicantem Cnuto ab Angl: expulit.

Fluvius ille Rofenſem urbem præterfluens violentus & rapaci gurgite minax mœnia pulchra lavat. Medwege flu:

Ibi omne decus Angl: occubuit, inter quos Ulkillus Eſt-Anglorum comes. Leylandus. Vicere Dani proditione Edrici. Pugna de Aſſendune apud orientales Anglos.

Primis diebus regnum in 4. (Canutus) partitus eſt, ſibi Weſtſaxones, Edrico Mercios, Turkillo orientales Anglos, Iricio Northumbros.

Poſtea Edricus occiſus. Turkillus & Iricius captatis occaſionibus eliminati natale ſolum petierunt.

Loca omnia in quibus pugnaverat, & præcipue Aſſendune, eccleſiis inſignivit.

* Sup: Swano regi *ſupra lin: à manu Lelandi.*

Pag. 141. Edwardus filius Egelredi regnavit 24. annis ſed vix completis.

Sed quanvis vel deſes vel ſimplex putaretur, habebat comites, qui eum ex humili in altum conantem erigerent: Siuuardum Northumbr: qui juſſu ejus cum Scottorum rege Magbetha congreſſus vita regnoque ſpoliavit ibidemque Malcolinum filium regis Cumbrorum regem inſtituit. Lefricum Herefordenſium, qui eum contra ſimultates Godwini favore magnifico tutabatur, quod ille fidente conſcientia meritorum minus regem reveretur. Leofricus cum conjuge Godiva in dei rebus muuificus monaſter: multa conſtruxit; Conventre Sainct Marie, Stow, Weneloche, Leonenſe, & nonnulla alia.

Ibidem de Haroldo filio Goduini ut duos fratres Wallenſium reges, videlicet Res & Griphin, in mortem egerit.

Euſtachius comes erat Bononiæ, pater Godefridi & Baldwini, qui noſtro tempore reges Hieroſolymorum fuerunt. Habebatque ſororem regis Godon legitimis nuptiis deſpon-

Men

Edgitha filia Godwini nupſit Edwardo regi.

ſatam: quæ ex altero viro Waltero Medantino filium tulerat Radulphum, qui eo tempore comes erat Herefordenſis, ignavus & timidus, qui Wallenſibus pugna ceſſerit, comitatumque ſuum & urbem cum epiſcopo ignibus eorum conſumendum reliquerit. Cujus rei infamiam mature veniens Haraldus virtutibus ſuis abſterſit. Siquidem aliquantos Normannos rex accerſierat, qui olim inopiam exulis pauculis beneficiis levarant. Inter quos Rodbertus, quem ex monacho Gemmeticenſi epiſcopum London: & poſt archiepiſcopum Cantuar: ſtatuerat. Itaque prolatum edictum ut intra 5. dies Anglia excederent. Goduinus (pater) & Suanus (fil:) Flandriam, Haroldus (fil:) conceſſit Hiberniam. Comitatus ejus attributus Elgaro Leofrici filio viro induſtrio.

Godwinus cum filiis paulo poſt per Edwardum ſuis reſtituti honoribus.

Robertus Gemeticenſis epiſcopus Cantuar: judicatus turbator regni Romam fugit, & poſtea in Gemeticen: monaſter: obiit, ubi ſepultus etiam fuit.

Godwinus 1°. duxit ſororem Cnutonis, ex qua puerum genuit, qui poſtea in Tameſi merſus fuit.

Goduinus ex 2. uxore genuit Haroldum, Swanum, Toſtinum, Wlnodum, Girtham, Leofwinum.

Pag. 142. Haroldus una cum duobus fratribus junioribus apud Haſtinges interfectus eſt.

Wulnodus ab Edwardo rege in Normanniam ob ſesmiſſus ad ducem Gul: Saleſbiriæ poſtea conſenuit.

Suanus ab Hieroſoly: rediens à Saraſacenis interfectus eſt.

Toſtinus 10. annis præfuit tanquam comes Northanumbriæ;

ſed

ſed poſtea fugatus cum uxore & liberis in Flandriam abiit.

Macherius filius Elgari ab Edwardo pro eo comes ſubſtitutus Northanumbr:

Saga & incantatrix quædam in Berkeley.

S. Wiſtanus filius Wimundi, filii Withtlaphii regis Merc: & Elfledæ filiæ Celwlphi qui fuit patruus Kenelmi. Wiſtanus à Berferto cognato ſuo occiſus.

Theodorus Londoniæ præſul, qui apud S. Paulum jacet, plebeiæ machinæ diuturnam ſuſtulit invidiam, auguſtius ædificium ſupra veneranda membra S. Edmundi martyris molitus.

Edwardus rex jam ſenex fratris Edmundi filium Edwardum apud regem Hunorum agentem revocavit in Angliam. Hic Edwardus paulo poſt Londini obiit, relicto Edgaro filio, & Chriſtina ac Margareta filiabus.

*E libr: 3. Gul: Meldun: de reg: Angl:*

Repererat enim perfidia ſocios Nigellum vicecomitem Conſtantii, Randulphum vicecomitem Baiocenſem, Haimonem dentatum avum Rodberti, qui noſtro tempore in Angl: multarum poſſeſſionum incubator extitit, &c. ut Haimo in acie cæſus. Hoc tempore Gaufredus cog: Martellus comes fuit Andegavenſis. Hic Dominum ſuum comitem Pictavenſem & vinculis conſtrinxit, & Gul: ducem Norman: bello impetebat. Conſpiratio Norman: in Cul: ante acceptum reg: Angl:

Rogerus de monte Gomerico & Gul: filius Oſberni à Gul: duce ad Martellum nuntii miſſi.

Gulielmus comes de Archis patruus ſed nothus Gul: ducis rebellavit.

Duces ejus Robertus comes Aucenſis, Hugo Gornaſcenſis, Hugo montis fortis, Wilhelmus Criſpinus ad caſtellum quod mortuum mare vocatur. Capitanei Gul: ducis Norman: contra Henr: reg: Franc: Criſpinus de mortuo mari.

Genealogia comitum Andegavenſium. Pag. 143.

Alanus comes Britanniæ ultro ſe dedit Gul: Norman.

Vexillum illud poſt victoriam de Anglis papæ miſit, quod erat in hominis pugnantis figura auro & lapidibus arte ſumptuoſa contextum. Vexillum Gulielmi Baſtardi.

Normanni veſtibus ad invidiam culti.

Nam præcedentibus diebus Edwinus & Morcharus amplæ ſpei fratres * Londoniam audito interitus Haroldi nuntio urbanos ſolicitaverant ut alterutrum in regnum ſublevarent. Quod fruſtra conati Northumbriam diſceſſerant, ex ſuo conjectantes ingenio nunquam illuc Gul: eſſe venturum. Edwinus, Morcharus } fratres.

Urbem Exoniam rebellantem leviter ſubegit, divino ſcilicet

* *L.* apud Londoniam, *ex impreſſ.*

jutus auxilio, quod pars muralis ultro decidens ingreſſum illi patefecerit. Nam & ipſa audacius eam aſſilierat, proteſtans homines irreverentes Dei diſtituendos ſuffragio, quia unus eorum ſupra murum ſtans nudato inguine auras ſonitu inferioris partis turbaverat, pro contemptu videlicet Normannorum.

Eboracum civitatem unicum rebellionum ſuffugium, civibus, pene delevit, ferro & fame necatis. Ibi enim rex Scottorum rex Malcolinus cum ſuis, ibi Edgarus, & Marcherius,

phus

& Weldeodus cum Anglis & Danis nidum tyrannicum ſæpe fovebant, ſæpe duces illius trucidabant.

Quapropter coacta peditum & militum manu aquilonales inſulæ partes petiit, & primo urbem metropolin, quam Dani cum Anglis & Scottis obſtinate tenebant, in deditionem accepit, civibus longa inedia conſumptis. Maximum quoque hoſtium numerum, qui obſeſſis in auxilium convenerant, ingenti & gravi prœlio fudit, non incruenta ſibi victoria multos ſuorum amittens. Tunc totius regionis vicos & agros corrumpi, fructus & fruges igne vel aqua labefactari jubet. Maritima maxime cum propter recentem iram, tum quia Cnutonem Danorum regem filium Suani rumor adventare ſparſerat. Ea præcepti ratio ut nihil circa oram maritimam prædo pyraticus inveniret ſecum aſportaturus ſi remeandum; vel fami conſulturus ſi diutius manendum putaret. Itaque provintiæ quondam fertilis, & tyrannorum nutriculæ incendio, præda, ſanguine nervi ſucciſi, humus per 60. & eo amplius miliaria omnifariam inculta, nudum omnium ſolum uſque ad hoc etiam tempus. Urbes olim præclaras, turres proceritate ſua in cœlum minantes, agros lætos paſcuis, irriguos flu: ſi quis modo videt peregrinus ingemit; ſi quis ſupereſt vetus incola, non agnoſcit.

Pag. 142.

Rodbertus de Melbyria comes Northumbr:

Edgarus ab Hieroſoly: in Angliam rediens) nunc remotus & tacitus canos ſuos in agro conſumit.

rd

Edwinus & [a] Morcharus erant fratres, filii [b] Elſgari, filii Leofrici. Hi comitatum Northumbr: ſuſceperant, & communi umbone pacifice tuebantur.

Toſtinus frater Haroldi rediens in Angl: cum rege Noricorum prœlo cæſus eſt & Ebor: ſepultus.

Edwini & Morchardi comitum Northumbr: cædes.

Poſtremo nec vi nec dolo hoſtium, ſed ſuorum perfidia trucidati regem ad lachrimas flexere: quibus ipſe & conjugia cognatarum & amicitiæ [c] dignatione jam pridem indulſiſſet, ſi [d] quiete acquieſcere vellent.

[a] *Sic.* [b] *Sic.* [c] Dignationem *in Ed. Savil.* [d] Quieti *in Ed. Savil.*

Waldeophus

Waldeophus amplæ proſapiæ comes, nervoſus lacertis, thoroſo pectore robuſtus & procerus toto pectore, filius Siwardi magnificentiſſimi comitis, quem Digera Danico vocabulo, i. e. fortem, [a] cognominabant." Poſtmodum verò victis partibus ſeſe ſponte dedens, & Judithæ neptis regis connubio privataque amicitia donatus non permanſit in fide, pravum ingenium cohibere impotens, &c. ut Radulphi de Waher perfidia ſe immiſcuit, poſteaque ſecuri percuſſus ſit & Croylandiæ ſepultus.

Radulphus, de quo prius tetigi, erat per donum regis comes Northfolk & Suthfolk, Brito ex patre, diſtorti ad omne bonum animi. Is quod cognatam regis filiam Gulielmi filii Oſberni deſponderat majora juſto mente metiens tyrannidem adoriri meditabatur. Rogerius comes Herefordenſis uxoris Radulphi frater. Ibi Waldeofus; ibi præterea quam plurimi in necem regis conjurant.

Radulphus Bigot Brito tranſmarinus ex patre. Polyd: Wallica natum adfirmat.

Hic Gul: filius Oſberni incenſor ut Gul: dux Angl: bello impeteret.

Rogerius comes Herefor-den: fil: Gul: fil: Oſberni.

Gul: filius Oſberni bonas leges dedit Herefordenſibus.

Gul: filius Oſberni in Flandria inſidiis interemptus.

[b] Eundemque in expeditione ſociam habuiſſe, quam in Angl: tempore Gul: Junioris duxit, quando & Orchadas & Menanias inſulas ſibi ſubjecit, & occurrentes comites Hugonem Ceſtrenſem, & Hugonem Slopeſbirienſem, priorem fugit, ſecundum interemit. Magni regis Danorum victoriæ.

Succeſſit ei *(ſup. Stigando)* in Wintonia Walchelinus, cujus bona opera famam vincentia vetuſtatem oblivionis à ſe repellent, quamdiu ibi ſedes epiſcopalis durabit. Pag. 145.

Quæ apud Weſtmonaſter: ſtudio ejus prope conjugem locata habet tumbam argenti aurique expenſis operoſam. Sepulchrum Edgithæ reginæ.

Tradunt cervos in nova foreſta terebrantem tabidi aëris nebula mortem incurriſſe. Locus eſt quem Wilhelmus pater deſertis villis, ſubrutis eccleſiis, per triginta & eo amplius miliaria in ſaltus & luſtra ferarum redegerat. Mors Richardi 2. filii Gul: Mag:

Richardus filius Roberti primogeniti Gul: mag: trajectus collum ſagitta periit in nova Foreſta.

Matrem quantum vixit inſigni indulgentia dignatus eſt, quæ ante patris obitum cuidam Herlewino de comitis villa mediocrium opum viro nupſerat. Ex eo Gul: fratres habuit Robertum, quem Moritoniæ comitem fecit, craſſi & ingenii hebetis hominem; & Odonem, quem ad epiſcopatum Baiocenſem provexit comes: comitem Cantiæ rex inſtituit. Antiochiæ in obſidione Chriſtianorum finem habuit. Lei-

[a] *Ex impreſſ. è manu Lelandi.*

[b] Sup. Haroldum filium Haroldi regis Angl: *ſupra lin:*

landus. Eo enim extorris Anglia cum fratre Rotberto duce Normann: ſe contulerat.

Conſtantia filia Gul: mag: comiti Britan: Alano Fergant in conjugium data.

Gul: Magnus. Juſtæ fuit ſtaturæ, immenſæ corpulentiæ, facie fera, fronte capillis nuda, roboris ingentis in lacertis, ut mag: ſæpe ſpectaculo fuerit, quod nemo arcum ejus tenderet, quem ipſe admiſſo equo pedibus nervo extento ſinuaret: mag: dignitatis ſedens & ſtans, quanquam obeſitas ventris nimis protenſa corpus regium deformaret.

s

Tunc in provintia * Walar quæ Ros vocatur inventum eſt ſepulchrum Walwen, qui fuit haud degener Arturi ex ſorore nepos. Cujus buſtum, ut præmiſi, tempore Gul: regis repertum eſt ſuper ora maris 14. pedes longum.

Maurinianus Scottus hiſtoriographus.

Alricius, qui olim Ciceſtrenſis eccleſiæ dictus eſt epiſcopus.

Stigandus Ciceſtrenſis epiſcopus præſens in Synodo congregata 6. anno reg: Gul: Mag.

Sub rege Gul: in iſto eodem conſilio pronuntiatum eſt ſecundum ſcita Canonum, ut epiſcopi tranſeuntes de villis conſtituerent ſedes ſuas in urbibus Diœceſium ſuarum.

Pag. 146. *Ex libr:* [4.] *Gul: Meldunenſis de regibus Angl:*

Gul: filius Gul: regis natus eſt in Normannia pluribus annis antequam pater Angl: adiret.

Odo poſt exilium recepit comitatum Cantiæ à Gul: Rufo nepote ſuo, &c. ut impatiens ob amiſſum imperium, quod tempore fratris per Angl: univerſam geſſerat, deſcivit à rege.

Nam Gul: Dunelmenſi epiſcopo commendata erat adminiſtratio rerum publ: in Angl: per Gul: Rufum. Gul: Rufus inſeliciter pugnavit contra Wallos.

Rex Henr: excellentis ingenii vir, qui modo † regnat, invenit qua commenta illorum labefactaret arte, Flandricis in patria eorum collocatis, qui eis pro clauſtro ſint, & eos perpetuo coherceant.

Ranulphus clericus ſtrenue expilabat populum in gratiam Gul: Rufi.

Tunc fluxus crinium, tunc luxus veſtium, tunc uſus calceorum cum arcuatis aculeis inventus.

Gul: Mag. Judæos è Rotomago Londinum adduxit.

Gul: de Alderia ſpetioſæ perſonæ homo Sareſbiriæ ‡ ſuſpenſus juſſu Gul: Rufi.

Andax dictum Gul: Rufi in nautas timidos. Atqui, inquit rex, nunquam audivi regem naufragio periiſſe.

Undecimo anno rex Noricorum Magnus cum Haroldo filio

* *Sic.* † Regna *MS.* ‡ *Sic.*

Haroldi regis quondam Angl: Orcadas inſulas & Mevanias, & ſi quæ aliæ in oceano jacent, armis ſubegit. Jamque Angliam per Angleſiam obſtinatus petebat, licet occurrerent ei comites Hugo Ceſtrenſis & Hugo Schrobbeſbirienſis, & antequam continentem ingrederetur armis eum expulerant. Cecidit ibi Hugo Schrobbeſbirienſis eminus ferreo haſtili perfoſſus.

Fons ſanguine ſcaturiens in Hampſtede villa Berrucſenſis pagi.

Walterus cog: Tyrel qui de Franci liberalitate regis adductus venerat.

Robertus filius Haymonis.

Herebertus cog: Loſinga tranſtulit ſedem epiſcopalem de Tetforde in Norwiche.

Joannes epiſcopus Wellenſis natione Turonicus uſu non literis medicus probatus.

Goſcelinus monachus de S. Bertino cum Heremanno epiſcopo Saleſbiriæ quondam Angliam venerat inſignis literarum & cantuum peritia. Is multo epiſcopatus & abbatias tempore perluſtrans præclaræ ſcientiæ pluribus locis monimenta dedit, nulli in laudibus Sanctorum Angliæ poſt Bedam ſecundus.

Siuardus rex Noricorum primo ævi proceſſu fortiſſ: conferendus, incepto itinere Hieroſolymitano, rogataque regis pace in Angl: tota reſedit hyeme. Pag. 147.

Gul: de monte Piſlerio.

Statura minimos ſupergrediens, à maximis vincebatur, crine nigro & juxta frontem profugo, oculis dulce ſerenis, thoroſo pectore, carnoſo corpore, facetiarum pro tempore plenus, nec pro mole negotiorum cum ſe quieti dediſſet minus jucundus. Minus pugnacis famæ Scipionis Aphricani dictum repræſentabat: "Imperatorem me mea non bellatorem peperit." Henr: primus.

Matildis Scotta 1ª. uxor Henr: 1ⁱ.

Secunda Adala filia ducis de Lovanio, quod eſt caſtellum caput Lotharingiæ.

Gul: filius Henrici 1ⁱ. adoleſcentulus 17. annorum naufragio, ſolvens à portu Barbeflutæ, una cum Richardo fratre, & * ſorore notha, comitiſſa Perticæ periit, & neptis ejus ſoror Theobaldi comitiſſa Ceſtre. Ricardus etiam comes Ceſtre, & Otuelus frater ejus nutricius.

Quis poſſet præterire Serlonem abbatem Gloeceſtr: qui locum illum ex humili & pene nullo ad glorioſum provectum extulit?

*Epit: Serlonis, autore Godefrido Priore Wintonienſi.*

Eccleſiæ murus cecidit, Serlone cadente,
Virtutis gladius, buccina juſtitiæ, &c.

* Polyd: Mariam vocat *ſupra lin: à manu Lelandi.*

Nec

Nec memoria Godefridi Winton: ire debet in perditum, qui temporibus iis literatura & religione inſignis fuit. Literaturam proteſtantur plures libri, plures & epiſtolæ familiari illo & dulci ſtylo editæ, maximeque epigrammata, quæ ſatyrico modo abſolvit. Præterea verſus de primatum Angliæ laudibus? [a] Quid? omne divinum officium, quod agreſti quadam vetuſtate obſoletum, per induſtriam ſuam nativa excultum venuſtate fecit eniteſcere. Religionis & hoſpitalitatis [b] normam" pulchre inchoatam delineavit in monachos, qui hodieque in utriſque Prioris terunt veſtigium, ut aut nihil, aut parum eis [c] deſit" ad laudis cumulum. Denique eſt in ea domo hoſpitium, terra marique venientium quantum libuerit diverſorium ſumptu indeficiente, caritate non fatigata. Inter hæc inerat S. viro morum humilitas, ut nihil ex illo unico philoſophiæ promptuario redoleret niſi humile, procederet niſi dulce. Quotus enim quiſque eſt qui vel minimum literis imbutus non alios infra dignitatem ſuam opinetur tumido geſtu & pompatico inceſſu præ ſe ferens conſcientiam literarum? Veruntamen, ne quid perfectionis ſanctæ deeſſet animæ multis annis ille grabatum fovit, camino diuturnæ tabis medullas [d] & pectora excoctus.

*Pag. 148. Robertum comitem Gloceſtriæ alloquitur.* Habetis ergo à Norman: bellandi peritiam, à Flandrenſibus lineamentorum gratiam, à Francis generoſitatis eminentiam.

*Ex 1°. libro novellæ Hiſtoriæ Gul: Meldunenſis ad Robertum comitem Gloceſtrenſem.*

*Robertus comes Claudiæ.* Uxori ſuæ (2æ.) filiæ ducis Lovanenſis Scrobbeſbiriæ comitatum dedit. Peperit nihil liberorum Henr: 1°.

Robertus filius regis, quem ante regnum ſuſceperat, & comitem Gloceſtr: fecerat.

Ne rex (Henr: 1.) præter conſilium ſuum & ceterorum procerum filiam (Matildam) cuiquam nuptum daret.

Conventus apud Northampton 31. anno reg: Henr: 1ⁱ. de fide Matildi danda.

Hugo Prior de Lewes, mox abbas de Rading, deinde archiepiſcopus Rothomagenſis.

Monaſter: S. Mariæ de Pratis Rothomagi inceptum à matre Henr: primi, abſolutum autem ab eo.

Denique & multos comites, qui ante non fuerant, inſtituit, applicitis poſſeſſionibus & redditibus, quæ proprio jure regi pertinebant.

Rogerius Sareſbirienſis epiſcopus, & Gul: de Ponte arcus cuſtodes theſauri Henr: 1ⁱ.

Henr. 1ˢ. ingentem vim thezauri congeſſerat.

[a] *Ita & impreſſ. At poſt* quid *inductionis notam habet Lelandus, ac ſi vox* quod *adjicienda eſſet.* [b] *Supplevi ex impreſſ.* [c] *Hæc etiam vox ex impreſſ.* [d] Et peccata excoctans *Ed. Savil.*

Ex




TAB. III.

Pag: 151.


(A) *Eccleſiæ pars vetuſtiſſima, quam ab ipſo Grymbaldo eſſe exiſtimamus.*

130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 5 *Scala pedum.*

MB. d. et. ſ.


## Figuræ, quibus ornatur Baptiſterium.






Scala pedum.

Baptiſterij Icon.




Areæ Teſtudinis Grym=baldianæ Ichnographia.




I. Crypta ſub eccleſiâ (longius, uſq; ad Wolver=cote, pro vulgi opinione, ſe extendens) in quâ oſſa Grym=baldi, ut conjicimus, condenda erant. 2. Octo Columnæ, in quarum duabus (primâ litteris a b c, ſecundâ d litterâ, notatâ) figuræ rudes conſpiciuntur. 3. Oſtium auſtrale, ſive Introitus antiquus à parte auſtrali. 4. Oſtium ori=entale, ſive Introitus antiquus, et vulgaris, à parte orientali. 5. Gradus ve=tuſtiſsimi, per quos non tantum ad adytum, ſive preſbyterium, verum etiam ad eccleſiæ faſtigium (ubi olim, in turriculâ quâdam, ut fertur, cam=pana ſuſpenſa erat) conſcenditur.

Scala pedum.

MBurg. delin. et ſculp.




1 2 3 4 5 10 15 20
*Scala unciarum, ad quam figurarum (quas litteris a, b, c, d, notavimus) hodie in duabus teſtudinis columnis conſpicuarum, dimenſio eſt exigenda.*

PROSPECTUS INTERIOR TESTUDINIS GRYMBALDIANÆ.




*Scala pedum, ad quam teſtudinis proſpectus noſtri dimenſio eſt exigenda.*

20. 15. 10. 5. 4. 3. 2. 1.

*Ex 2. libr: novellæ Hiſtoriæ.*

Alexander, nepos Rogerii epiſcopi Sareſbir: ex fratre, con- oroke ſtruxit caſtrum de * Newark.

Rogerius conſtruxit caſtrum de Shirburne & de Viſe. Apud Malmeſbiri in ipſo cœmiterio ab eccleſia principali vix jactu lapidis caſtellum inchoaverat.

Pugna inter ſervos Rogerii epiſcopi & comitis Alani.

Alexander Rogerii epiſcopi nepos & pluſquam nepos, ut ferebatur.

Rogerius de Mortimer miles & ſervus regis Stephani.

Recepit illam *(Matildem imperatr:)* poſtea in Gloceſtriam Milo, qui caſtellum ejuſdem urbis ſub comite Roberto habebat.

Malmeſbirienſe & Abbatiſbirienſe antiquiſſima cœnobia, quantum in ipſo fuit, epiſcopatui delegavit. Sciréburnenſem Prioratum, qui proprius eſt epiſcopi Sareſbir: in abbatiam mutavit, abbatia de Hortuna proinde deſtructa & adjecta. Rogerius epiſcopus.

Nepotibus cancellariam & thezauriam peperit

Rogerius moriens quæ reliquit in uſus abſolvendæ eccleſiæ Sareſbir: dedit; ſed Stephanus rex mox ea diripuit. Rogerius epiſcopus.

Stephanus rex creavit Rainaldum fratrem ſuum comitem Cornubiæ.

Robertus filius Huberti invaſit caſtellum de Viſis contra Stephanum regem.

Joannes, qui caſtellum de Merleberg habebat, Joannem cepit & ſuſpendit.

*Ex 3. libr. novellæ Hiſtoriæ.*

Robertus comes Gloceſtr: Brianus filius comitis marchio de Walinford.

Walingford inexpugnabilis facta per Robertum.

Gul: Marcellus pincerna Henr: 1^i^. dapifer poſtea Stephani.

Andevera vicus incenſus à Stephani militibus.

Gul: filius Roberti tenuit caſtel: de Warham. Stephanus vicum incendit & caſtel: cepit, quam poſt Robertus recepit victa Portland inſ: tunc incaſtellata, & capto etiam Lullewrode caſtello.

Monaſter. S. Mariæ & Heida incenſa.

Gul: de Ypra incendit Warwel monaſter.

Gul: filius Roberti comitis de Gloceſtr: Mabilia uxor Roberti.

*Ex epiſtola Wolſtani monachi Præcentoris Ventanæ eccl: ad Ælphegum epiſcopum Ventanum, præfixa operi de vita S. Swithuni.* Pag. 149.

Qui *(S. Æthelwoldus)* ſtruxit firmis hæc cuncta habitacula [muris,
Ille etiam tectis texit & ipſa novis:

* *Sic.*

Et

Et cunctis decoravit ovans id honoribus, hucque
   Dulcia piſcoſæ flumina traxit aquæ.
Seceſſuſque * laci penetrant ſecreta domorum,
   Mundantes totum murmure cœnobium.
Iſtius antiqui reparavit & atria templi
   Mœnibus excelſis culminibuſque novis.

*Et paulo inferius in eadem Epiſtola.*

Sic conſtructa micat, ſic & variata coruſcat
   Machina, quæ hanc matrem ſuſtinet eccleſiam:
Quam pater ille pius, ſumma pietate refertus,
   Nominis ad laudem celſitonantis heri
Fundavit, ſtruxit, dotavit, & inde ſacravit,
   Et meruit templi ſolvere vota ſui:
* Regis Ethelredi viſu cernente modeſti,
   In regni ſolio qui ſupereſt hodie.
☞ Illum pontifices ſequebantur in ordine plures,
   Complentes ſanctum rite miniſterium:
Quorum ſummus erat vultu modeſtus & actu,
   Canitie vivens Dunſtan & angelicus.
Tunc ſequebatur ovans Anglorum Lucifer idem
   Præſul Atheluuoldus, corde benignivolus.
Poſt alii ſeptem, quos nunc edicere promptum eſt
   Carmine verſifico cum pede dactilico:
Ælfſtan, Athelgarus, rurſumque Ælfſtanus, & Æſcuig,
   Ælfheah, Ælfſinus hîc & Adulphus erant.
Poſt alii plures aderant proceresque duceſque
   Gentis & Anglorum maxima pars hominum.
Quos è concilio pariter collegerat illo
   Quod fuerat vico regis in Andeferan.

*Et paulo inferius.*

Nam fundamen ovans à cardine jecit Eoi
   Porticus ut ſtaret ædificata Deo.
Erexitque novum jacto fundamine templum;
   Ne tamen expleret raptus ab orde fuit.

Pag. 150. *Et paulo inferius in eadem epiſtola.*

Inſuper occultas ſtuduiſtis & addere cryptas.

*Et paulo inferius.*

Talia & auxiſtis hîc organa, qualia nuſquam
   Cernuntur gemino conſtabilita ſono.
Biſſeni ſupra ſociantur in ordine folles,
   Inferiuſque jacent quattuor atque decem.
Flatibus alternis ſpiracula maxima reddunt,
   Quos agitant validi ſeptuaginta viri.

* *Sic.*

Et

*Et paulo inferius.*

Qua vir apoſtolicus jacet almus & ille Birinus,
  Has lavachro gentes qui lavit occiduas.
In medio templi fulgent Byrnſtanus & Ælfheath,
  Jure ſacerdotii cultor uterque Dei.

*Ex Epiſtola Wolſtani ad monach: Ventan:*

Nomine quæ proprio Wintonia dicitur, & quæ
Colluſtrat turrita ſuos hinc inde colonos,
Omnibus occiduis caput & Saxonibus extat.

*Ex Præfat: 1[i]. libri de vita Swithuni.*

Imperium regni tenuit quo tempore Magnus
Ædgar, & invictus ſublimia ſceptra gubernans
Omnibus Anglorum feliciter imperitando
Gentibus, Arcturi quæ vertice ſidera cernunt,
Moribus, eloquiis, habitu varioque diremptæ,
Inſula quas pelagi cingens hinc continet, atque hinc
                ſſe
  Albio quam veteres * vocitare didicimus Anglos.

*Ex primo libro Wolſtani de vita Swithuni.*

——— Æadzige nomine dictus. [z]

[z] Æadſige canonicus, decanus vel præpoſitus eccl: S. Swithuni.

Nunc ait hic habitat vallis qua
    Winclea conſtat.

☞ vallis Winclea.

Dic illi properando meam quo viſere tumbam

Swithunus Fabrum dormientem alloquitur.

Pergat, & è ſenis unum trahat orbibus orbem
Quos retinet ſtringendo mei clauſura ſepulchri.

———quem villa tenebat
Regia, quæ frugum fœcunda alimenta miniſtrans
Adelwarabyrig ſolito vocitatur ab Anglis.

Pergere feſtinat maturo tramite Ventam.

——— donec pervenit Eoam
† Witoniæ, ad portam Michaëlis honore dicatam.
Vis ne, O ! chare parens, quo te portemus ad almum    Pag. 151.
Cœnobium, quod quiſque novum modo nuncupat, in quo
Sancta Sacerdotis requieſcunt oſſa Jodoci,
Quem deus innumeris quondam clareſcere ſignis
Fecit ?————

* Sic. † Sic.

*Tranſlatio S. Swithuni Idibus Jul: anno D. 971. regnante Eadgaro.*

Splendidus imperio qui nomine fulſerat Ædgar,
Et felix plures jam tunc regnaverat annos,
Inclytus, Anglorum gentes & rexerat omnes
Barbaricaſque ſibi Chriſto donante ſubegit,
Straverat ac pedibus ſolo terrore ſubactas,
Corde vigil, virtute potens, moderamine pollens,
Et totum regnum tranquilla pace gubernans.

Veſtibus induitur ſacris Ælfſtanus & abbas,

Athelgarus abbas novi monaſterii Ventæ.

Æthelgarus adeſt grege ſe comitante novello,

Quam Bedeford Angli cenſent vocitamine ſcire,

*Ex libro 2.*

Has inter virtutis opes rex inclytus Ædgar
Promiſſum complevit opus; quæ vovit & almo
Pontifici ſtuduit toto perſolvere niſu.
Namque alacer domino, colimus quem nomine trino,
Contulit argenti, gemmæ rutilantis, & auri
Tercentum libras æqua ſub lance probatas:
Et jubet artifices ſimul adfore quoſque peritos,
Ut fabricent dignum patris *(ſup. Swithuni)* in honore ſacellum,

Jam ſimul ad Ventam læti pervenimus urbem,
Perviaque occiduæ reſerantur limina portæ.

Eadzinus, antea Decanus vel Præpoſitus Ventanæ eccl: monachus factus, & cuſtos deſignatus reliquiarum S. Swithuni.

Advenit interea frater, qui clave ſacellum
Clauſerat, Ædſinus, vir religioſus, & omni
Inſpirante Deo morum probitate verendus:
Cujus in hoc modico ſtat mentio ſcripta libello,
Sunt ubi ſancta pii legata notata patroni, *(i. e. Swithuni.)*
Quo ſuadente fuit ſeclo converſus ab iſto,
Normalem ducens uſque ultima tempora vitam.

Pag. 152. Calne villa.

Prendituris (*ſervus quidam*) ſubito quodam pro crimine caſu,
Præſidis Ædrici fit ductus & ante tribunal,
Regia quem tenuit tum villula nomine Calne.

Pœna furti.

Præcipit interea rex juſtus & inclytus Ædgar,
Quoſque minis terrendo malos, lex ſtaret ut iſta,
Gentis in Anglorum diffuſo limite, quo ſi
Fur aliquis, ſeu prædo ferox, inventus eadem
Adforet in patria, crudelia dampna ſubiret,

Lumine

Lumine privatus miſer & cæcatus utroque;
Tortor ei ſimulque nares præcidat & aures,
Truncaretque manus plantaſque ſecuribus actis;
Subtraheretque capitis cum pelle capillos,
Seminecemque virum pœna. cruciante peremptum
Projaceret canibus rabidis exactor edendum,
Nocturniſque avibus, corvis & edacibus, atque
Membratim in vacuas cæſum diſpergeret auras.
Stat prædicta pii lex & ſententia regis
In commune bonum, quam ſanxerat ille benignus.
Unuſquiſque ſuis ſecuro ut pectore lucris
Plene pace frui poſſet ſine murmure dampni,
Exploratores ſylvarum denſa peragrant,
Prædoneſque locis inveſtigantur opacis,
Et membris cæſi præbent ſpectacula plebi.
Perculerat terrorque animos formidine cunctos.
Deteſtanda manus fuit & conſumpta latronum;
Sic ut ad extremum mater cum pignore poſſet
Ire per * anfracto ſecuro pectore curvos
Æquoris Eoi de finibus abſque periclo
Littoris occidui donec contingeret oras.

Regia meſſores habuit quoque villa Clearen. Clara villa, nunc Kinges Clere.

Protinus invadit, ſtringit, ſatelles, egenum
Ducit, & ad villam perverſo tramite † Clearan

Perveniunt, quo carcer erat, quem ſedibus imis
Tortores clauſere truces, veſtigiaque ejus
Ligno merſa cavo vincliſque tenacibus arctant.
Virginis innuptæ ſanctum *(ſup. monaſterium)* ſub honore Mariæ Pag. 153.
Abbandun vocitare ſolent, quod jure paterno
Rexerat Oſgarus jam tunc venerabilis abbas.
Nunc etiam pietate dei moderante ſuperni
Moribus egregiis eſt cui prælatus & almis,
Qui noto cunctis niger eſt agnomine dictus.
Mente ſed irradiat Oſgarus, & ore coruſcat,
Commiſſumque gregem monitis precibuſque tuetur.

Inſula quem tenuit proprio quæ nomine Vecta
Dicitur.

Interea cæcus nimia caligine preſſus
Se vigilaturum ſpoſpondit, ubi inclyta pauſat

* *F.* anfractus. † *Sic, cum duob. punctis.*

‡ Ælfgifu, clementis genitrix ſanctiſſima regis
Ædgari, ad cujus capiunt ægrota ſepulchrum
Corpora cœleſtem Chriſto medicante ſalutem,
Partim pro propriis, partim meritiſque beati
Pignoris: in cujus regni ſunt tempora cuncta
Regibus antiquis regnantibus eruta quondam,
Limina ſacrorum reparata monaſteriorum.

Pergit adire locum Sceſteſbyri nomine dictum.

[ſtrenuus
Iſdem namque paſtor (*ſup. Swithunus*) almus & proviſor
Forte pontem extruebat, geminaſque januas,
Per quas urbis Wintoniæ adeuntur mœnia.
Artifices congregati huic inſiſtebant operi, &c.

Pag. 154. vacat.

Pag. 155. *Ex Collectaneo Radulphi de Diceto.*

Brichtwaldus abbas de Raculf Dorobernenſium electus antiſtes conſecratus eſt antiſtes à Goduino Metropolitano Walliarum. Vide num legat Walliarium pro Galliarum.

Ædbrictus rex Weſtſax: Bernulfum regem Merciorum vicit apud Hillendune in Midleſexia.

Torquatus ortus in Redonico pago Armoricæ conſtitutus eſt foreſtarius foreſtæ Nidæ Merulæ à Carolo Calvo rege Franc:

Hic Torquatus genuit Tertullum, qui beneficio Caroli Calvi duxit in uxorem Petrouillam, ducis Burgundiæ filiam.

1s. comes Andegavenſis. Tertullus genuit Ingelgerium, qui fuit comes Andegavenſis beneficio Ludovici filii Caroli Calvi.

Edulphus rex Weſtſax: in juventute, ſicut legitur, fuit epiſcopus Wintonienſis.

Ethelredus Dorobernenſis archiepiſcopus Cheveliauc epiſcopum Landaviæ, & poſt * Libau epiſcopum Landaviæ, & poſt Lumnerd epiſcopum S. David Cantuar: conſecravit.

Fulco Rufus 2. comes Andegaven: & filius Ingelgerii qui Roſillam filiam Garnerii in uxorem duxit, ex qua genuit Guidonem poſtea epiſcopum Sueſſionenſem, Ingelgerium à Normannis interfectum, & Fulconem Bonum.

Athelmus Wellenſis epiſcopus fit Dorobernenſis epiſcopus.

Wulfhelmus epiſcopus Wellenſis fit archiepiſcopus Dorobern:

Odo epiſcopus Malmeſbyriæ eligitur in archiepiſcopum Dorobernen:

Fulco Bonus 3. comes Andegavenſis. Fuit ante canonicus

‡ *Sic, cum duob. punctis ſub* u. * *Sic, cum duob. punctis ſub* u.

S. Martini

S. Martini in Gallia. Hic Fulco 3. filios habuit, Gaufridum, Guidonem epiſcopum Podienſem, & Drugonem qui mortuo Guidone ſucceſſit ei in epiſcopatu.

Radulphus de Waceio Normannus.

Gaufridus cog: Griſſa tunica 4. comes Andeg:

Anno D. 978. Haſten Danus venit in Normanniam.

Gaufridus 4. co: Andegaven: Ethelwulfum pugilem Danorum ſingulari certamine vicit. Gaufridus plures filios genuit ex quibus ſolus Mauritius ſupervixit patri.

Mauritius quintus comes Andeg: ex filia Haimerici comitis Sanctonici Fulconem cog: Nerram genuit.

Alanus primogenitus Conani comitis Britan:

Fulco Nerua 6. comes Andeg: Hieroſolymis rediens genuit Gaufridum Martellum & Adelam filiam.

Blancha ſoror Fulconis. (*Non apparet cujus Fulconis.*) Pag. 156.

Judith ſoror Goisfredi ducis Britan: nupſi Ricardo duci Norman: qui ex ea 3. filios & totidem filias genuit.

Ethelnotus cog: Bonus Livingo epiſcopo Dorobernenſi ſucceſſit. Filius fuit nobilis viri Agelmari. Hic Joſeph epiſcopum Landaviæ, & Bleduc epiſcopum S. Davidis Cantuariæ conſecravit.

Wolſtanus Ebor: archiepiſcopus Eboraci obiit, ſed ſepultus fuit in Hely.

Leofsius Thorneſienſis abbas ſuſcepit epiſcopatum Wigornienſis eccleſiæ.

Britheagus Perſorenſis abbas filius ſororis Wulſtani Ebor. factus eſt Wicciorum epiſcopus.

Beccenſe monaſterium in Norman: Herlewinus ex milite monachus ad Beccum fluvium poſuit.

Stigandus Auſtralium Sax: epiſcopus.

Egelmarus frater Stigandi epiſcopus Orientalium Angl:

Gaufridus Martellus 7. comes Andeg: obiit ſine filiis, & nepotibus ſuis Gaufrido Barbato & Fulconi Rechin, filiis ſcilicet Adhelæ ſororis ſuæ & Alberici comitis de Gaſtineis, bona ſua dereliquit, Andegaviam & Xantonas Fulconi, Turonicam cum Laudonenſi caſtro Barbato donavit.

Ailwardus ex abbate Eoveſhamenſi præſul London: tandem morbo gravatus ceſſit dignitati, conferens ſe ad cœnobium de Rameſega.

Conſilium habitum eſt apud Viceliacum, in quo Wulwinus Lincoln: epiſcopus interfuit Anno D$^{i}$. 1049.

Sperafocus abbas Abbendunenſis electus in epiſcopum Londonienſem.

Sed ejecto ſtatim Sperafoco Wilhelmus regis capellanus epiſcopus London: factus eſt.

Rodulphus de Toneio miles ge: Norman:

Siuardus

Siuardus comes Northanhumbrorum & Huntedunefhir: vir bello potentiſſ:

Leofricus comes Merc: & Godiva ejus uxor eccleſiam de S. Marieſtow, quam Eadnotus epiſcopus Lincoln: conſtruxit, pluribus ornamentis ditavit.

Gyſa Wellenſis epiſcopus & Watarus Herefordenſis epiſcopus Romæ à Nicolao pont: Ro. conſecrati anno D. 1062.

Haroldus, poſtea rex Angl. captus à comite Pontivo in Gallia.

Pag. 157. Haroldus rex Angl. ictus ſagitta in oculo corruit.

Gyrth & Leofwine fratres Haroldi una cum eo interfecti.

Multi nobiles ex Anglis fidem dant *(per obſides)* Gul. Baſtardo apud Berkhamſtede.

Berkhamſtede.

Fulco Rechin 8. comes Andegavenſis.

Hic Fulco conceſſit Philippo regi Francorum totum comitatum de Gaſtineis.

Hic Fulco duxit in uxorem filiam Lancelini de Blagenceio, ex qua orta eſt comitiſſa Britan: Poſtea duxit Ermengardim filiam Erkenbaldi fortis de Borbono, ex qua genuit Gaufridum Martellum. Qua dimiſſa, ex ſorore Almarici de Monteforte comitis Ebroicarum Fulco Rechin genuit Fulconem. Mortuns eſt hic Martellus ante patrem. Helias, filius Joannis de Fleca, Sibillam, filiam cujuſdam comitis Longabardiæ, neptem ſcilicet Hereberti quondam Cenomanenſis comitis, duxit uxorem, & cum ea comitatum Cenomanniæ accepit. De Sibilla vero genuit Sibillam, quam Fulco, filius Fulconis Rechin, poſtmodum rex Hieroſolymorum duxit in uxorem, de qua genuit Galfridum Platageneſte, & Sibillam Flandriæ comitiſſam.

Lanfrancus Herewaldum Landaviæ epiſcopum Cantuar: conſecravit.

Robertus de Mulbreio obſedit Ivelceſtre, ſed repulſus inde abceſſit.

Gul. de Owe obſedit Glavornam.

Robertus filius Baldewini de Exaceſtre Devoniam (Devonia), Hugo de Grenteſmaiſvilo (ville) Legerceſtriæ provintiam, Rogerus Bigotus Eſtangliam deprædati ſunt.

Bernardus de Novo Mercato,<br>
Rogerus de Laceio,<br>
Radulphus de Mortuo Mari, } Wigorniam invadunt.

Hernoſtus vix unum complevit annum in epiſcopatu Roffenſi.

Gul. Rufus rex Angl. reſtauravit Cairluel.

Robertus de Mulbrai comes Northumbr.: & Gul: de Auco

Auco cum multis aliis regem Gul: Rufum reg: vitaque privare, & filium Amitæ illius Stephanum de Albamarla conati ſunt regem conſtituere.

Moreal propinquus Mulbraii reddidit caſtellum de Bebbanberg Gul. Rufo.

Gul. Rufus juſſit oculos erui & teſticulos abſcidi Gul. Auco duello apud Sareſbyri victo. Pag. 158.

Comitem Odonem de Campania, prædicti Stephani patrem, in cuſtodia poſuit Gul. Rufus.

Gul. Warewaſte ex parte regis inhibuit ne Anſelmus archiepiſcopus in Angl. rediret.

Reinellmus cancel: reginæ epiſcopatum Gul. Rufo reddidit, eo quod de manu illius inveſtituram ſuſcepit.

Fulco comes 8. Andeg. de quo ſuperius.

Regni principes Hieroſolymit: directis nunciis Fulconem Andeg: comitem ſollicitaverunt, quatinus loca Dominicæ paſſionis adiret, filiam regis Balduini, quam unicam & heredem reliquerat, accepturus uxorem: quibus acquieſcens comes filio ſuo Gaufrido Plantageneſt hereditatem reliquit, Hieroſolyman adiit.

Gul: archiepiſcopus Cantuar: dedit epiſcopatum Rouceſtriæ Joanni archidiacono ſuo.

Henricus Gleſconienſis abbas factus epiſcopus Winton:

Nomina caſtellorum quæ Henricus 1s. rex Angl: conſtruxit.

Drincurſis, novum Mercatum, Vernolium, Novanticurtis, Bonmulins, Colnne mons, Pons urſonis, Caſtrum S. Dionyſii in Leons, Vallis Rodulii, Turris Ebroicarum, Turris Alent, Turris Oſteriarum, Turris S. Joannis juxta montem S. Michaëlis.

Monaſteria ab Henrico 1°. condita.

Monaſterium Radingarum in Angl:
Monaſter: Canon: Cireceſtre in Angl:
Monaſter: de Prato Rotomagi.
Monaſter: de Mortuo Mari.
Caſtellum de Storteforde quod eſt London epiſcopi.
Richardus de Bellemeis epiſcopus London:
Nigellus epiſcopus Helyenſis regno expellitur anno D. 1139.
Robertus de Sigillo factus epiſcopus London: opera Matildis imperatricis anno D. 1140.

Gaufridus comes 9. Andeg. receptus Rotomagi turrim obſedit & cepit: & ex tunc dux Normannorum vocatus eſt.

Gilbertus comes de Clare filius ſororis Ranulfi comitis Ceſtrenſis.

Robertus de Caſnei Legerceſtrenſis archidiaconus fit epiſcopus Lincoln:

Pag. 159. Anno D. 1150. Everſum eſt monaſteriolum Geraldi Berlai.

Sex caſtella Wintonienſis epiſcopi Henrici diruta ſunt anno D. 1155.

Gul. Peverel eodem anno exheredatus eſt.

Anno D. 1157. Alienor regina peperit Richardum Oxenefordi.

Gilebertus Herefordenſis epiſcopus tranſlatus eſt ad epiſcopatum Londinenſem anno D. 1163.

Rogerus comes de Clara pro tenemento de Tunebrig reſtitit Thomæ epiſcopo Cantuar:

Thomas Cantuar: excommunicavit Nigellum de Sacheville, & Robertum de Broc.

Caſtellum de Albemarle expugnatum eſt à rege filio.

Anno D. 1174. Richardus Winton: electus in Normanniam miſſus eſt ut regem patrem ſuum revocaret ad reg: Angl:

Rex Henricus filius Henr. 2[i]. obiit apud Martel, ſepultus eſt Rotomagi.

Richardus Cantuar: epiſcopus obiit apud Hallingis villam Roſenſis epiſcopi.

Gualterus Lincoln: epiſcopus tranſlatus eſt in archiepiſcopatum Rotomagenſem.

Generale concilium apud Pipewel pro eccleſiis vacantibus.

Hugo Coventrenſis epiſcopus quia vicecomitatum ſuſceperat ſuſpenſus erat ab offic: epiſcop.

Rogerus de genere Norman: primus in Sicilia rex creatus eſt.

Hubertus Sareſbir: epiſcopus eligitur in archiepiſcopum Cantuar:

Scotti per ſigilla ſua ſubmittentes ſe judicio Edwardi 1[i]. de rege eligendo.

Hæc non ſunt in Hiſtoria Radulphi de Diceto.

Florence counte of Hoilland, Roberte de Bruſſe Seignior du Huale Danaunt, John Bailliolle Segnior de Galeway, John de Haſtinges Seignour de Bergeveney (u), John Cymyn ſenior de Badenough, Patricius de Dumbar: Counte de Lamarche.

Joannes de Veſcy pour ſon peere, Nicolaus de Soules, & Gul. de Roſe Saluſe en dew.

Pag. 160. Gaufridus Plantageneſt reddidit Ducatum Norman: Henrico filio ſuo.

Deſcriptio Andegavenſis civitatis.

*Aquitania à fontibus dicta.* Aquitania ſic dicta, quod præ ceteris Galliæ provintiis fontibus & torrentibus ſcaturiat.

Gaufridus Artur fit epiſcopus S. Aſaph.

Richardus de Belmeis archidiaconus de Midleſex London: epiſcopus electus conſecratus anno D. 1152.

Gul:

Gul: quondam archiepiſcopus Ebor: ab Eugenio depoſitus reſtitutus eſt per Anaſtaſium anno D. 1154.

Henricus filius Henr: 2[i]. natus Londini Anno D. 1155.

Henricus Winton: epiſcopus abſque licentia regis receſſit ab Anglia, ideoque ſex caſtella ejus diruta ſunt.

Gul: Peverel de Notingham cauſſa veneficii quod propinatum fuit Ranulfo comiti Ceſtriæ exheredatus eſt.

Turris Gloeceſtriæ, caſtellum de Bruge & Wigmore, quæ Hugo de Mortuo mari contra regem firmaverant, regi reddita ſunt.

Gul: comes Boloniæ, filius regis Stephani & noviſſimus heres ipſius, cui rex totam hereditatem patris ſui in Normann: & Angl: conceſſit, in reditu Toloſæ obiit.

Maria abbatiſſa de Rumeſey filia regis Stephani, nupſit comiti Matthæo, ex quo ſuſtulit 2[s]. filias anno D. 1160.

Richardus Coventren: archidiac: è patre Roberto pontif: Ceſtrenſi conſecratus ejuſdem ſedis epiſcopus à Theobaldo Cantuar:

Gul: de Roſe in Cantia juſſus regem non Thomam epiſcopum Cantuar: agnoſcere.

Caſtellum de Berchamſtedé.

Rogerus Fulgeriarum dominus in Franc:

Ex quo reges in Minore Britannia deſierunt præeſſe 2. comites in eiſdem locis præeſſe cœperunt. Sed quoniam omnis poteſtas impatiens conſortis erit ſeſe variis ſæpe diſſenſionibus afflixerunt. Conanus autem jure ſucceſſorio nactus comitatum utrumque dum in fata concederet, ex ſorore regis Scotorum filiam reliquit heredem, quam rex Anglo: filio ſuo Gaufrido accipiens &c. Conanus comes Britanniæ & Richomontaniæ.

Gul: de Tracy, Reginaldus filius Urſi, Hugo de Moreville, Richardus Brito in Angl: miſſi. Pag. 161.

Jocelinus Caſtellanus, frater reginæ Aliſſæ, Thomas de Tranebu, Hugo de Gundevilla miſſi ad Thomam Cantuar: hoc mandato ne regem inviſeret.

Gulielmus Trenchevile.

Richardus de Warnevilla theſaur: Ebor: factus cancellarius regis Angl: Warneville cancellarius Angl:

Liberæ electiones conceſſe per Henr: patrem regem.

Richardus Pictavenſis archid: ad Winton:

Gaufridus Cantuar: archidiaconus ad Helyenſem.

Gaufridus Lincoln: archid ad Lincoln:

Reginaldus Sareſbyr: archid. ad Baton:

Robertus Oxenefordes archid: ad Hereforden:

Ad Ciceſtrenſem eccleſiam Joannes ejuſdem loci Decanus electus eſt.

Jocelinus Criſpin, Gilbertus de Tiueleris, Robertus de Monte-

Monteforti, Gul: Patricius, Haſculfus de S. Hilario, Radulfus dominus Filigeriarum, quos rex pater exheredaverat, regis filii ceſſerunt in partem.

Legraceſter.

Fortuito caſu civitate pro max: parte combuſta, cives tractaverunt de pace. Civibus abeuntibus ſubverſæ ſunt portæ civitatis, pars murorum deſtructa, militibus in caſtello incluſis datæ in tempus induciæ.

Appulſus eſt apud Walenton *(in Southfolk)* cum Flandrenſibus.

Robertus comes Legraceitre.

Robertus comes Legraceſter captus prope Burgum S. Edmundi.

Rogerus de Moubra regis patris à fidelitate recedens in Axholm caſtellum ab antiquo conſtructum, ſed tunc temporis dirutum, reædificavit, &c. Ut paulo poſt à Lindenſibus captum ſit & dirutum.

Duxit Richar: ut ego legi, Amitiam filiam Gul: in uxorem.

Gul: comes Gloceſtriæ & Richardus comes de Clare gener ejus parebant mandato regis patris.

Gul: junior de Braviſa multos Wallenſes callide in caſtellum de Abregeveney vocatos occidit.

nothus

Reginaldus comes Cornubiæ, Henrici 1. regis filius naturalis, obiit Radingi, ibique ſepultus quieſcit anno D. 1175.

Adam canon: Pariſienſis in epiſcopum S. Aſap à R. Cantuar: conſecratus eſt.

Pag. 162.

Joannes Decanus Sareſbyr: fit epiſcopus Norwicenſis.

Caſtellum de Huntingdune, de Waleduna, de Legerceſtre, de Groby, de Tuteſbyri, de Dudeleia, de Treſk, & alia plura corruerunt in ultionem injuriarum patris regis.

Richardus comes Striguliæ moritur, relicto filio trienni.

Richardus comes de Struguil, qui primus Norman: acriter invaſit Hiberniam, obiit, relicto filio trienni è filia Dermutii Dublinienſium regis anno D. 1176.

Gul: comes Gloceſtr.

☞ Gul: comes Gloceſtriæ ægre ferens, quod filium non haberet, hereditatem inter filias dividendam, Joannem filium regis heredem inſtituit apud Windeleſores anno D. 1176.

Gul: de Aubeney comes de Arundel obiit apud Waverle, ſepultus eſt apud Wymundeſham.

Petrus Prior de Wenloc factus epiſcopus Menevenſis.

| | |
|---|---|
| Richardus de Chanvil,<br>Baldewinus Bulot,<br>Paris. archid: | Socii Joan: epiſcopi Norwic: in legatione in Siciliam. |

Guido Bangornen: electus antiſtes Ambreſbyriæ à Richardo Cantuar: conſecratur.

Gaufridus cancellar: regis naufragio periit.

Richardus de Lucy Juſtitiarius Angl: conſtruxit colleg: Canon: Reg: apud Weſtwod in territorio Rofenſi.

Richardus dux Aquitanorum, & filius Henr: 2$^{i}$. regis Angl:

ob

ob ſuperbiam Gaufridi de Rancuna caſtellum de Tayleborch * obſeſſit, cepit, diruit.

Quatuor epiſcopi conſtituti ab Henr: patre archijuſticiarii Angl:

Cadwalanus Sudgalliæ regulus venit ad regem Henricum, ſed inter redeundum ignorante rege occiditur. Cadwalani cædes.

Gaufridus Henrici patris filius poſtquam Lincoln: eccleſiæ epiſcopus fuiſſet ad 7. annos, & regni cancellarius epiſcopatum reliquit.

Caſtellum de Martel in Vaſconia.

Gerardus Puella Canon: Sareſbyr: fit epiſcopus Ceſtrenſis.

Cum Simon comes filius Simonis comitis Northamton ſine liberis deceſſiſſet, rex reddidit comitatum Huntingdune cum omnibus pertinentiis ſuis Wilhelmo regi Scottorum, qui fuit filius Henrici comitis filii regis David. Simon Sylvanectenſis tertius obiit ſine liberis.

A regione quadam quæ dicitur Scythia dicitur Scytha, Scythicus, Scotus, Scoticus, Scotia. Pag. 163.

Rex viſitavit epiſcopum Winton: apud Merwelle.

Gul: de Ver ſpectabilis genere fit epiſcopus Herefor:

Gaufridus dux Britann: filius Henrici 2. regis Angl: obiit anno ætatis ſuæ 28. & ſepultus eſt in Cathedr: eccleſ: S. Mariæ Pariſiis.

Gul: de Norhalla factus epiſcopus Wigorn: ex archid: Gloceſtriæ.

Joannes cantor Exon: fit epiſcopus Exon:

Gul: de Magna villa comes Albæmarlæ. Gul: de Magna villa comes Albæmarlæ titulo uxoris ſuæ.

Richardus filius regis Angl: comes Pictaviæ.

Conſtantia comitiſſa Britanniæ peperit Arturum Poſthumum heredem Britan:

Richardus mortuo Henr: rege patre ſuo Alienoram reginam matrem ſuam è cuſtodia eximit, & juſtis honoribus exornat.

Richardus Helienſis canon: London: eccclefiæ, Lincoln: eccleſ: Decanus, archid: Elyenſis, Domini regis theſaur: ad London: eccleſiam; Godefridus de Lucy S. Martini London: decanus ad Wintonienſem; Hubertus Walter decanus Ebor: ad Sareſbir: Gul: de Longocampo Dni. regis cancellarius ad Helienſem electi ſunt epiſcopi.

Joannes frater Richardi regis comes Moretolii.

Gul: de Magna villa comes tam Eſſexiæ, quam Albæmarlæ obiit anno D. 1189.

Treverenſis archiepiſcopus in Angl: moriens apud S. Andream ſepultus eſt Northamtoniæ.

Multi Judæi apud Stanforde in nundinis occiſi, item Londoniis & apud Norwiche.

Filia Tancredi regis Siciliæ promiſſa in uxorem Arturo comiti Britan:

* *Sic.*

Rex Ricardus prædictum Arturum heredem ſuum inſtituit ſi ſine prole diſcederet.

Pons de Loden: Leland: Vicus non procul à Rading.

Stanes vicus ſuper Tameſim.

Niſus ſpe volucris prædæ deluſus lupum è Tameſinis undis unguibus rapit.

Pag. 164. Reginaldus Bathon: epiſcopus ſedit annis 16. ſept: 26. diebus duobus. Hic ultimis diebus ſuis electus in archiepiſcopum Cantuar: at non confirmatus obiit apud Dogmerfeld in territorio Winton: Sepultus eſt Bathon: ante majus altare.

Savaricus Northamton: archid: & theſaur: Sareſbir: à Bathon: monachis, Wellenſibus clericis reclamantibus, in epiſcopum electus eſt. Conſecratus eſt Romæ anno D. 1192.

Richardus rex Angl: captus à Lupoldo duce Auſtriæ apud Wenam.

Joannes comes Moretonii audita captivitate Richar: fratris ſui iniit fœdus cum rege Franc: ut Arturum nepotem ſuum regno Angl: promiſſo excluderet.

Hnbertus London: epiſcopus electus in archiepiſcopum Cantuar:

Anno D. 1194. Joannes theſaur: Ebor: electus in epiſcopum Pictavenſem, in qua ſede epiſcopus fuit annis 20. Hinc tranſlatus ad archiepiſc: Lugdunen: vixit in ea ſede annis 10. & amplius.

Ingens piſcis deprenſus apud Eadulfeſnaſſe villam ſcilicet canon: S. Pauli Lond: Leland. In Eſtſex.

Furcæ prope Tyburne.

Gul: Elienſis epiſcopus Cancellar: regis completis à die Conſecrat: 7. annis obiit apud Pictavium. Sepultus eſt in abbat: de Pinu Ciſtert:

Philippus Dunelmenſis epiſcopus conſecratus Laterani.

Euſtachius Decanus Sareſbirienſis electus in epiſcopum Elien:

Richardus 3. Londonienſis epiſcopus ſedit annos 8. menſes 8. * diebus decem.

Pag. 165. *Ex Abbreviatione Hiſtoriæ Normannicæ.*

Galfredus dux Britonum genuit ex Hawiſa, ſorore Richardi 2. ducis Norman: Alanum & Eudonem.

Biher & Aſtingus *(Dani)* in Franc: cum exercitu *(primi)* venerunt.

Urbs Sylvanectenſis in Norman:

Gul: Arcarum Dominus in Norman:

Gunnor comitiſſa 2. habuit ſorores, Weniam & † Duuelinam, quarum una nupſit Turulpho de Ponte Audomari. Tu-

* *Sic.* † *Sic.*

rulphi

rulphi frater fuit Turketillus, pater Aſtulphi de Arecurt. Turulfus genuit Humfridum de Vetulis, patrem Rogeri de Bellomonte. Genus Bellomontani comitis Vevicani.

Una ſoror Gunnor comitiſſæ genuit Walterum, Giffardum primum, & Godefridum patrem Wilhelmi de Arcis. Hic Gul: pater fuit Matildis quam Wilhelmus camerarius de Tancarvilla habuit uxorem. Genuit Walterus 2. Gualterum, Giffardum, & filias plures, quarum una nomine Roheis nupſit Richardo, filio comitis Gileberti, qui Gilebertus fuerat filius Godefridi comitis Aucenſis, naturalis ſcilicet filii primi Richardi ducis Norman. Hic Gilebertus habuit 2. filios, prædictum Richardum & Baldewinum. Baldewinus genuit 3. filios, Robertum, Richardum & Wilhelmum, & totidem filias. Richardus frater Baldewini genuit ex Roheis 4. filios, Gilebertum, Rogerium, Gualterum, Robertum, & duas filias, quarum una copulata eſt Radulpho Fulgerii, natique ex ea ſunt Framualus, Henricus, Robertus, & Giffardus. Gilebertus autem illam quam pater ejus habuerat in [a] Angliā poſt ipſum adeptus eſt. Rogerus frater ejus terram de Normannia [b] optinuit. Hic Gilebertus ex filia comitis de Claromonte habuit 3. filios, Richardum, Gilebertum, & Walterium, & unam filiam nomine Roheis. *

Gualdeuus

Wallerius comes Huntenduniæ habuit filias ex uxore ſua (*ſup. Juditha*) filia comitiſſæ de Albemara; quæ comitiſſa ſoror fuit uterina Wilhelmi regis Angl: primi. Primogenitam earum accepit Simon Sylvanectenſis. Aliam Radolphus de Thoeneio, ſcilicet Judith. Tertiam Robertus filius Richardi.

Alii ſcriptores, duas filias Judithæ numerant, Mathildem & Aliciam. Illa nupſit Simoni Sylvanectenſi. Hæc Radulpho de Toneio. Mathilda autem Mathildæ ex Simone filia nupſit Roberto filio Richardi.

Habuit etiam Gunnor comitiſſa ex fratre ſuo Arfaſto nepotem Oſbertum, patrem ſcilicet Wilhelmi comitis Herefordiæ. Habuit eadem Gunnor neptes quinque. Una nupſit Wilhelmo de Warenno, & altera Nicolao de Baſcrevilla, ex qua Wilhelmus Martel. Tertia Richardo vicecomiti Rothomagenſi, pat: ſcilicet Lamberti de S°. Sidonio. Quarta Oſmundo centum villis vicecomiti Vernoniæ, ex qua natus eſt Fulco de Alneio. Quinta Hugoni de Monte Gumerici, ex qua natus eſt Rogerus pater Roberti de Beleſme. Pag. 166.

Hugo de Monte Gomerico pater. Rogerius filius. Robertus nepos.

Origo comitum de Warewic & Legreceſtre.

Rogerus filius Henrici comitis de Warwik, fratris comitis Roberti Me-

[a] *Sic, cum duobus punctis ſub* a, *adjecto etiam aſteriſco in margine.* [b] *Sic.* [c] *Sic.*

denti

I

denti, natus ex Margareta, ſorore Rotroci comitis de Pertico. Genuit autem ex ea Henricum & plures alios, & 2. filias. Prædictus denique Rogerus ſucceſſit patri in [a] comitatum Warwik. Quidam vero fratrum ſuorum natus poſt ipſum, ſcilicet Robertus de Novoburgo, habuit terram quam pater eorum habuerat in Normannia.

*E libro de Mirabilibus Angliæ, qui eſt in Codice Radulphi de Diceto.*

Eſt arbor quædam in Chevot nemore ingens, ſalici ſimilis, cortice & foliis, quæ ad ſtadium unius hominis ſuper terram in duobus brachiis dividitur, quorum unum in unoquoque æſtatis tempore viret foliis & ceteris quæ arbori pertinent. Glandes vero fert ut quercus. Cum autem appropinquat [b] hyemps cadunt ſimul glandes & folia, ſimul & cortex. Sic quod totum remanet nudum & excoriatum quaſi omnino arefactum. Redeunte vero æſtate redeunt ſimul cortex, & folia, & glandes. Sicut vero iſtud viret æſtate, ſic viret aliud in hyemali tempore: & ſicut iſtud areſcit in hyeme, ſic areſcit aliud in æſtate ſemper & eodem modo.

Pag. 167. *Ex Hiſtoria Gulielmi monachi Gemmeticenſis de rebus Normannicis ad Gulielmum Anglorum regem.*

Dani à Gotthis originem ducunt.

Bier cog: coſta ferrea filius Rothroci regis Daniæ una cum Haſtingo commigravere in Neuſtriam.

Bier poſt multas victorias in Gallia partas, dum ſtudet patriam reviſere naufragio turbatus vix apud Anglos portum invenit. Poſtea autem in Freſia obiit.

Haſtingus à Carolo rege Francorum tandem civitate Carnotenſi donatus eſt.

Gemmeticum veniunt, quandam ſacram virginem nomine

e

Hamaltrudem, quam à Britannia aſportaverant, in capella S. Vedaſti, quæ trans flumen eſt, ſuper altare ponentes: quæ capella hactenus illius virginis nomen retinet.

Rollo primus dux Normanniæ.

Rolandus ſignifer exercitus Franc: interfectus à Danis.

Reinerius dux exercitus Franc: à Danis occiſus.

Rollo capta Baiocenſi civitate Poppam quandam, filiam nobilis Berengarii, ibi inventam in uxorem accepit, ex qua Gul: filium, & Gerloc filiam genuit.

Rollo rogatus opem fert Elfſtano Anglorum regi.

Pax facta inter Rollonem & Carolum regem Franc: ad S. Clarum.

[a] *Sic.* [b] *Sic.*

Gilla Caroli filia nupſit Rolloni Neuſtriam in dotem adferens.

Rollo à Francone epiſcopo baptizatus Robertus dictus eſt.

Epiſcopi Neuſtriæ.

Rothomagenſis, Baiocenſis, Ebroicenſis.

Ogiva vero, conjunx Caroli, filia Elfſtani regis Anglorum, infortuniis viri ſui territa, ad patrem ſuum cum Ludovico filio ſuo in Angliam fugit, * animoſitati Hereberti & Hugonis Magni Many nimium metuens.

Gilla Rollonis uxor ſine liberis mortua, Poppa repudiata recipitur.

Ex Gul: Rollonis filio.

Alanus comes Britan: regno ſuo à Gul: exturbatus ad Anglos confugit. Berengerius, qui & una cum Alano comes Britan: erat, reconſiliatur Gul: duci.

Sprota uxor Gul: ducis peperit Richardum. Pag. 168.

Berloc, alias Gerloc, filia Rollonis nupſit Gul: comiti Pictavenſi.

Ludovicus Caroli filius, agente apud Gul: ducem Norman: Elfſtano rege Anglorum, regnum Franc: accepit, & Alanus comes Britanniæ ſuis reſtituitur.

Gerberta, Henr: Tranſrhe: regis filia, peperit Ludovico regi filium Lotharium dictum.

Haſpera opp: Chamberenſis territorii.

Monaſteriolum caſtrum Herlewini comitis.

Gul: dux Norman: dolo Ernulphi comitis Flandrenſis prope Pinchiniacum ſuper Sonnam flu: interficitur.

E Richardo duce.

Danus genere

Bernardus comes Sylvanectenſis tutor Richardi ad huc pueri.

Compendium villa.

Emma, Hugonis Magni filia, nupſit Richardo duci Norman: Emma, Richardi ducis Norman: uxor, ſine liberis obiit.

Gunnor ex nobiliſſ: Danorum proſapia nupſit Richardo, ex qua ille genuit filios Richardum, Robertum, Malgerium, alioſque duos, atque 3. filias: quarum una, nomine Emma, Ethelredo regi Anglorum nupſit, de qua idem rex Edwardum & Aluredum, à Godwino comite longo poſt interemptum, procreavit. Secunda vero, Hawiſa vocata, Goisfredo Britan: comiti juncta Alanum & Eudonem duces progenuit. Tertia quidem, nomine Matildis, Odoni Carnotenſi comiti, de ‡ qua ſermo in poſteris oritur.

Radulphus comes, uterinus ſtater Richardi ducis.

* *Sic, cum duob: punctis ſub poſtrema* i. ‡ *Sic, cum punctis.*

E Ri-

E Richardo 2. duce Norman:

Gul: Richardi ducis uno ex patre frater, comes Oximenſis.

Æthelredus rex Angl: comparata claſſe juſſit duces ut Normannos infeſtarent; at à Nigello Normanno repulſi ſunt.

Nigellus Conſtantinienſis.

Crudelitas Æthelredi Angli in Danos.

Ethelredus rex cum Emma uxore ſua in Normanniam aufugit.

Matildis uxor Odonis comitis Carnotenſis obiit ſine liberis.

Pag. 169.

Richardus 2. dux Normann: duxit Judith, ſororem Goiſfredi comitis Britan: in uxorem, ex qua 3. filios genuit, Ricardum, Robertum, & Gulielmum, apud Fiſcanum monachili vellere in adoleſcentia functum; totidemque filias, quarum una, nomine Athaliza, Rainaldo Burgundionum comiti nupſit, ex qua Gul: & Guidonem procreavit. Altera Balduino comiti Flandrenſi. Tertia jam adulta obiit virgo.

E Richardo 3. duce Norman:

Hic Richardus 3. parvo tempore dux erat, & obiit ex veneno dato Rothomagi.

Richardus 3. reliquit parvulum filium nomine Nicolaum, qui poſt monachus & abbas fuit in ſuburbio Rothomagenſi.

E Roberto duce Norman:

Robertus frater Richardi 3. ſucceſſit ei in ducatu.

Gulielmus Beleſmenſis, Yvonis filius, rebellis in Robertum ducem.

Gul: Beleſmenſis 4. filios habuit, Guarinum, Fulconem, Robertum & Gulielmum ſui ſimiles.

Fulco rebellis Roberto duci interficitur, & frater ejus Robertus graviter vulneratur.

Ibreium caſtellum.

Mortuo Gul: Beleſmenſi Robertus ejus filius ſucceſſit. Robertus interfectus à tribus [a] filiis Walterii de Sordenia. Gul: Talavacius frater ejus ſucceſſit in honore Roberto.

Gulielmus, nothus filius Roberti ducis, genitus [b] Faleſii.

E Gulielmo notho duce Norman.

Gilebertus comes Occenſis, filius comitis Godefridi, tutor Gul: ducis.

Walkelinus de ponte Erchenfredi compater Gileberti comitis.

Angl: forſan Wake.

Gualterius de Guaceio.

[c] Coroldus teneri ducis pædagogus interficitur.

Oſbernus, procurator principalis Herfaſti, Gunnoris comitiſſæ fratris filius, jugulatur in ſtrato ſuo ab Wilhelmo [d] Rogeri

[a] Filii *MS.* [b] *Sic.* [c] *Sic.* [d] *Sic, cum tribus punctis.*

de

de monte Gumerici filio. [a] Rogerus pro perfidia ſua tunc exulabat Pariſiis, & quinque ejus filii, Hugo, Robertus, Rogerius, Wilhelmus, & Gilibertus in Normann: ſummopere diris ſerviebant factionibus.

Barno de Glotis præpoſitus Oſberni Gul: filium Hugonis de monte Gumerico noctu in injuriam necis domini ſui jugulavit. Pag. 170.

Rogerius Toënices de ſtirpe Malahulcii qui Rollonis ducis patruus fuerat, & cum eo Francos atterens Norman: [b] adquieſierat, vir potens & ſuperbus, ac totius Norman: ſignifer rebellis Gulielmo notho.

Gul: dux Norman: ex concubina Roberti ducis nomine Herleva, Fulberti cubicularii ducis filia, natus, nobilibus indigenis & maxime ex Richardorum proſapia natis deſpectui erat. [c] Frelluinus quidam probus miles Herlevam uxorem duxit, ex qua 2. filios Odonem & Robertum, qui poſtea præclaræ ſublimitatis fuerunt, procreavit.

Rogerius Toënices vaſtabat terras Umfridi de Vetulis.

Rogerius de Bello monte, filius Umfridi de Vetulis, aperto marte interfecit Rogerium Toënices cum Hereberto & Elinancio ejus filiis.

In hoc conflictu Robertus de Grentemaiſville lætali vulnere percuſſus eſt.

Hic Grentemaiſville 3. filios habuit, Hugonem, Robertum, & Ernaldum. Sed hereditas ad Hugonem & Robertum pervenit.

Rogerius de Bellomonte duxit in uxorem Athelinam, Galeranni comitis Melenſis filiam: ex qua 2. filios Robertum & Henricum, mag: potentiæ poſtea comites, procreavit. Robertus quippe poſt Hugonem avunculum comes Melenſis pluſquam 20. & 7. annis viguit. Et Henricus dono Gul: regis in Angl: comitatum Warwik promeruit.

Gulielmus dux Norman: Radulphum de Guaceio ex conſultu majorum ſibi tutorem elegit, et principem militiæ Norman: conſtituit. Radulphus de Guaceio.

Gilebertus cog: Criſpinus cuſtos Tegulenſis caſtri fidus Gul: domino ſuo contra Henricum regem Franc.

Turſtinus Guz, Ansfridi Dani filius, præſes Oximenſis, infidus Gul: duci Domino ſuo.

Malgerius archiepiſcopus Rotomagen: frater Roberti ducis Norman: Nam Richardus Gunnerides mortua Judith aliam uxorem nomine Papiam duxit, ex qua 2. filios genuit, Malgerium ſcilicet archipræſulem Rotomagen: & Gul: Archacenſem. Hic enim Gul: à duce jam in adoleſcentia pollente Pag. 171.

[a] *Sic, cum tribus punctis.* [b] *Sic.* [c] *Sic, cum duob. punctis.*

comitatum Talogi percepit obtenu beneficii ut idem exiſteret illi fidelis. Nobilitate vero generis elatus caſtrum Archarum in cacumine ipſius montis condidit, & deinde rebellis factus duci Gul: tandem tota vita extorris apud Euſtachium Boloniæ comitem.

Engelranus comes abbatis villæ occiſus, & Hugo cog: Bardulphus à Gul: ducis militibus captus.

Mortuo Canuto rege Angl: ſucceſſit Heroldus filius ejus ex Elfgiva concubina natus.

Hardecanutus rex Angl: fratrem ſuum Edwardum totius regni reliquit heredem.

Gul: cog: Talavachius duxit in uxorem Hildebergam, filiam Arnulphi viri nobiliſſ: ex qua Ranulphum & Mabiliam genuit: quam Hildebergam poſtea jugulari curavit. Deinde filiam Rodulphi vicecomitis de Bellomonte ſibi deſponſavit.

Hic Talavacius accerſitum ad nuptias ſuas Gulielmum Geroii filium oculis & naribus per ſuos privari fecit.

Geroius iſte, de cujus prole loquimur, ex nobili Francorum & Britonum proſapia originem traxiſſe dicitur.

Geroius dono Richardi ducis Monaſteriolum & Eſcalfoum municipia obtinuit.

Geroius duxit in uxorem Giſlam, Turſtini de monte forti filiam, quæ genuit ei 7. filios & 4. filias, quorum hæc ſunt nomina, Ernaldus & Fulcoius, qui cum Giſleberto comite periit, Gulielmus & Rodulphus mala corona (fuit hic clericus.) Robertus, Hugo & Geroius, Herembergis, Emma, Athaliza & Hawiſa. Ex iis filiorum & nepotum militaris turma propagata eſt, quæ barbaris in Angl: vel Apulia ſeu Thracia vel Syria nimio terrori viſa eſt.

Ernulphus & Oliverius filii Gul: Talevacii.

Ernulphus occiſus fuit poſtquam Gul: patrem ditione ſua ſpoliaverat.

Oliverius ſeniculus monachus in Beccenſi cœnobio factus.

Ivo epiſcopus Sagienſis patruus Arnulphi Beleſme caſtrum & quæ ad ipſum jure pertinebant accepit, & tota vita pace cum Geroianis facta tenuit.

Richardus, Robertus, & Aneſpotus, filii Gul: cog: Sorengi, depopulato [a] * Sagienſi territorio miſere perierunt.

Albertus Giraldi Flectelli filius Cambeiæ dominus.

Pag. 172. Gul: Talavacius ab Ernulpho filio ſuo ditione pulſus confugit ad Rogerum de monte Gumerici.

Rogerus de monte Gumerici Mabiliam, filiam Gul: Talavacii, cum ditionis honore promiſſam in uxorem accepit.

[a] *Ita emendavi.* Sagienſis territorii *MS.*

Mabilia 5. filios & 4. filias ei peperit, quorum hæc ſunt nomina: Robertus, Hugo, Rogerius Pictavinus, Philippus, & Arnulphus, Emma, Matildis, Mabilia, & Sibilla. Hæ ſiquidem fratribus moribus præceſſerunt.

Gul: cog: Guerlencus comes Moritonii & de ſtirpe Richardi Magni. Ad eum aliquando quidam de familia ſua nomine Robertus Bigot accedens, ait, "Paupertate premor, do- Bigot.
"mine mi, & in hac patria nequeo queſtum mihi neceſſarium "lucrari. Quapropter ibo nunc in Apuliam, ut ibidem ho-"norabilius vivam." Cui Gul: Guerlencus ait: "Quis hoc "tibi perſuaſit?" At ille reſpondet: "Penuria quam patior." Comes vero dixit: "Si mihi credere vis, hîc nobiſcum re-"manebis. Nam tale tempus infra 80. dies in Normannia "habebis, ut quæcunque tibi neceſſaria oculis videris impune "manibus rapere poteris." Ille vero domini ſui monitis acquieſcens remoratus eſt, & non multo poſt per Richardum Abrincatenſem cognatum ſuum familiaritatem ducis Gul: conſecutus eſt: qui dum quadam die loqueretur cum duce inter alia præſcriptum Gul: comitis verbum ei retulit, &c. ut dux Gul: comitem Gul: ſuper his verbis convenerit, & conventum è Norman. expulerit, ejuſque comitatum Roberto fratri ſuo uterino dederit.

Gul: Buſatius, cognatus ducis Gul: propter rebellionem exulavit, & poſtea ab Henrico Francorum rege cum conjuge Sueſſionis comitatum accepit.

Matildis, Balduini comitis Flandriæ filia, nupſit Gul: duci.

Robertus de Grentemaiſville una cum Hugone fratre ſuo & Gul: Geroio Monaſter: S. Ebrulfi Utici † reſtaurarunt.

Robertus Grentemaiſville Utici monachus factus.

Gul: Geroius Cajetæ in Apulia obiit.

Gul: de Monaſteriolo, filius Gul: Geroii, bello claruit in Apulia.

Gul: Oſberni filius cuſtos factus caſtri Bretolii à Gul: duce. *
Hic Athalizam, Rogeri Toënices filiam, in conjugio habuit, ex qua duos filios Gul: & Rogerum contumacem procreavit, & unam filiam, quæ poſtea Radulpho comiti genere Britoni nupſit, & poſtea cum eo Hieroſolymam perrexit. Conſtruxit 2. monaſteria, unum apud Lyram, ubi Athaliza ſepulta eſt, alterum apud Cormelias, ubi ipſe quieſcit, & Rodulfus ejus à pueritia monachus. Ipſe cum Gul: duce Anglos maxime per domuit, & comitatum Herefordiæ cum magna parte regni ſenſu & viribus ‡ optinuit.

Radulphus Bigot genere Brito.

Gul: Oſberni filius comes Herefordenſis.

Gaufridus dominus Meduani caſtelli. Pag. 172.

† *Sic reſtitui.* Reſtauratum eſt *MS.* ‡ *Sic.*

Rodulphus de Toneia, Hugo de Grentemaiſville, & Ernaldus filius Gul: Geroii juſſu Gul: ducis exulant.

Britones, ut ferunt, antiquitus juſſu Romanorum, qui tunc per totum orbem imperitabant, de finibus ſuis egreſſi ſunt. Deinde Romanis jubentibus ſupra littus Calabrici maris Brixiam urbem condiderunt.

Tempore Roberti ducis Norman: Oſmundus Drengotus audax miles Apuliam cum quibuſdam Normannis metu homicidii deſignati petiit.

Turſtinus cog: Scitellus genere Normannus primus dux Normannorum qui in Apulia millitabant cæcatus. Hic capram ex ore leonis eripuit, & leonem interfecit. Ranulphus & Richardus poſt Turſtinum præfuerunt. Deinde Drogo filius Tancredi de Alta villa.

Humfredus frater Drogonis in principatu ſucceſſit, & totam Apuliam, Calabriam, & Siciliam ſubjugavit. Denique tranſfretans in Græciam claras peperit victorias.

Heroldus captus Pontivi à Guidone comite abbatis villæ.

Gul: dux Athalizam filiam ſuam ſpopondit Heraldo.

Gunnothus frater Heroldi relictus obſes apud Gul: ducem.

Heroldus Grifinum regem Gualeſiæ in balneo capite fraudulenter privari fecit, & conjugem ejus Algith, comitis Leofrici filiam, ſibi uxorem junxit.

Conanus.

Cuningus comes Britanniæ legatione deterrebat Gul: ne Angl: peteret.

Conani

Alanus pater Cuningi comitis Britan:

Periit Alanus comes Britan: veneno.

Conani

Cubicularius Cuningi comitis Britan: * chirotecas procurante Gul: duce veneno illinivit, unde & Cuningus periit.

Robertus dux Norman: conſobrinus Alani comitis Britan:

Exercitus Gul: ducis quem tranſvexit in Angliam collectus fuit ex Normannis, Britonibus, Francis ac Flandrenſibus.

Worth frater Haroldi regis.

Worth frater Haroldi regis Angl: ſuadebat ne manus cum Gul: confereret.

Normanni fugientes Anglos inſecuti in præcipitium aggeris non ſine magna ſtrage inciderunt.

Gul: dux ad Walengeford ſe contulit.

Pag. 174. Doroberniam corrupte ponit pro Dover.

Euſtachius Bolonienſis conſilio quorundam Cantiorum transfretavit ut dolo caſtellum Doroberniæ occuparet. Sed milites Odonis Baiocani pæſulis & Hugo de Monte Forti † ab obſidione abigunt."

* *Sic.* † *Adjecti ex libro impreſſo. Deſunt enim in MS.*

Angli

Angli in quandam partem Cumbrelande [a] comitatus aquis pariter & ſilvis inacceſſibilem ſe contulerunt, & firmiſſimo vallo caſtrum erexerunt, quod propria lingua Dunelmum nuncuparunt.

Eboracenſes Edgarum regem ſibi præfecerunt.

Brienus, Eudonis ducis Britan: Minoris filius, bis fudit milites filiorum Heraldi in partibus Tranſhumbranis. Brienus ducis Britan: filius.

*Ex quodam Chronico Tinemutenſis cœnobii, autore incerto. Incipit anno* 43. *Henrici* 3. Pag. 175.

Eymerus Winton: electus frater Gul: de Valentiis, fratris regis uterini, & Petri de Sabaudia avunculi reginæ &c. de ſuperbia Gul: de Valentia & aliorum exterorum.

Anno D$^{i}$. 1260. quidam Judæus Teokeſbyriæ incidit in latrinam, & quia ſabbatum erat non patiebatur ſe extrahi. Sed Richardus de Clare comes Gloceſtriæ non paſſus eſt propter diem dominicum, id eſt, ſequentem diem, [b] ut" extraheretur. unde Judæus fœtore mortuus eſt.

Gul: de Valentia exoſus proceribus Angl: per illos exulat.

Henricus 3, 45°. anno regni ſui diſperſit theſaurum, qui in turre London: erat, & turrim oportunis locis munivit, partimque civitatem London:

Gul: de Valentia redit ab exilio in comitatu principis Edwardi.

Simon de Monteforti comes Leirceſtriæ, Rich. de Clara comes Glover: Nicolaus filius Joannis, Joannes filius Galfridi conſpirant pro decretis Oxon: pub: factis.

Eymerus Winton: electus, Gul: de Valentia, & ceteri Pictavenſes fugiunt ad caſtellum de Wulveſey, timentes vim baronum, ſed caſtrum reddere & [c] regnum exire compulſi ſunt. Wulveſey nunc palatium epiſcopi Winton.

Barones capiunt Petrum Hereford: epiſcopum natione Burgundum in ſua cathedrali eccleſia, & mittunt ad caſtrum de Ordeley. Leiland. Erdeſley caſtellum Baſkevillarum. Vide num per caſtrum de Ordele Dorſley ſignificet.

Joannes Mauncel, ditiſſ: clericus totius Angl: regis & reginæ conſiliarius, præ timore Baronum fugit è turri London:

Henricus filius Richardi, regis Alemanniæ, accepit ab Edwardo, Henrici filio, honorem de Tikhil, [d] receſſit à Baronibus.

Rogerus de Clifford, Rogerus de Leyburne, Joannes de Vallibus, Haimo de Leſtraunge cæcati muneribus receſſerunt à Baronibus.

Robertus de Ferrariis comes de Derby, nec regi nec Baronibus fidelis, evertit Judaïſmum Wigorn: & parca regis deſtruxit, & poſt London: carceri mancipatur.

[a] Comitatis *MS.* [b] *Abeſt MS.* [c] *Sic.* [d] *Adde*, &.

Edwardus

Edwardus princeps obſedit Hay & Huntingdon & Brekenoc caſtra Humfridi de Bohun, & cepit, & Rogero de Mortuo Mari ſervanda tradidit.

Simon comes Leyrceſtriæ junctus Lewelino principi Walliæ terras Rogeri de Mortuo Mai combuſſit.

Pag. 176. Simon de Monte Forti obſedit urbem de Roffenſe, quam Joannes comes de Waren tenuit. Sed Simon tandem obſidionem reliquit.

Simon de Monte Forti magno cum labore cepit Matthiam de Bleſille alienigenam cuſtodem caſtri de Glavor:

Rogerus de Mortuo Mari cepit Northampton & vexilliferos milites in illa quindecim, videlicet Simonem Juniorem, Gul: de Ferrariis, Petrum de Monte Forti, Baldewinum Wake, Adam de novo Mercato, Rogerum Betrandi, Simonem filium Simonis qui primo contra regem vexillum erexerat, Berengarium de Watervile, Hugonem Gubion, Thomam Maunſel, Robertum Botevillaine, Nicolaum Wak, Robertum Newington, Philip de Dryby, Grimbaldum Pauncevoute, quos omnes miſit ad diverſa caſtra.

Vide num Kingeſton ponat prope Kenington prope Lamehith.

Rex Henricus 3. à Lundon cepit caſtrum de Kingeſton, quod erat comitis Gloverniæ.

Rex Henricus cepit caſtrum de Tonebrige, & in eo comitiſſam Glovern:

Edwardus princeps munivit caſtrum de Windeleſhor, & alienigenas in eo ponit.

Caſtellum de Windeſhore redditum comiti Simoni de Monteforti.

Leolinus princeps Walliæ junctus Simoni domino Edwardi principis caſtra Diſſard & Gannoc ad ſolum complanavit.

Rogerus Clifford.

Joannes Comyn de Scotia cum Scottorum multitudine, Joannes de Balliolo Dns Galwidiæ, Robertus de Bruſe Dominus Vallis Anandiæ, Rogerus de Clyfford, Philip: Marmiun, Joannes de Vallibus, Rogerus de Leyburne, Henr. de Percy, Philippus adhærebant Henrico regi in bello de Lewes.

Henr: de Monte Forti cum comite Hereford dux 1æ. aciei Baronum.

Gilbertus de Clare cum Joanne filio Joannis ductabat 2. aciem.

Tertiam ducebat, in qua & Londonienſes erant, Gul: de Monte Canuſii & Nicolaus de Segrave.

Pelveſton.

Quartam regebat ipſe comes Simon, cum Thoma de Pelveſton.

Corruerunt ex parte regis Joannes comes de Warenna, Gul: de Valentia, Guido de Liſiniaco omnes fratres regis uterini, Hugo Bigot &c.

Inter ceteros capti Robertus de Brus & Joannes Comyn, qui adduxerant Scotos illuc.

Capti

Capti ſunt etiam ex parte regis [a] Humfredus de Boun comes Hereford, Joannes filius Alani comes Arundel, Gul: Bardolf, Robertus de Tateſhaul, Rogerus de Somery, Henricus Percy, Philip: Baſſet. Pag. 177.

Gul: de Wilton & Fulco filius Warini juſtitiarii regis ibidem occiſi.

Ex parte Baronum Radulphus Hernigand Baro, & Gul: Blundus vexillarius comitis Simonis. Blundus.

Edwardus princeps primo mittitur ad Walingford conſervandus.

filius Richardi regis Romanorum

Deinde Edwardus & Henricus regum filii mittuntur ad caſtrum de Dovar.

Richardus rex Ro: miſſus ad turrim London:
n

[b] * Jacobus de Audeliaco, Rogerus de Leyburne, Rogerus de Clifford, Haymo Leſtraung, Hugo de Turbevile bellum indicunt Simoni de Monte Forti.

princeps

Edwardus dux ad caſtrum de Hereford.

[c] * Pax facta apud Montgomeric inter prædictos nobiles & Simonem comitem Leirceſtr:

Simon comes recuperavit caſtrum de Hay, & caſtrum de
o
Ludelow.

Avaritia Simonis in retinenda præda fecit Gibertum comitem Glover: alienum ab eo.

Simon de Monteforti proſtravit caſtrum Monemutæ, quod comes Gloverniæ ante ceperat & muniverat.

Kemeſeia manerium epiſcopi Wigorn: diſtat 3. paſſuum mil: ab Wigorn.

Nobilium virorum in bello de Eveſham occiſorum nomina:

Simon comes Leyrceſtr: Henr: filius ejus, Petrus de Monteforti, Hugo de Diſpenſariis Juſtitiarius Angl: Gul: de Mandevilla, Radulphus Baſſet, Walterus de Crepingis, Gul. de Eboraco, Robertus de Tregoz, Thomas de Heſtele, Joannes de Bello Campo, Guido de Balliolo, Rogerus de Rowlee.

Devictis hoſtibus rex ſtatuit parlamentum Winton.

Simon & Guido filii Simonis exulant.

Uxor Simonis comitis exulat edicto publ.

Cella Monialium S. Egiddii de boſco prope S. Albanum.

Gul. de Berkeley miles cum Wallenſibus Sumerſetiam
Min
apud Mumeſhevid hoſtiliter intrans circa tempus belli de

a *Sic, cum aſteriſco.* b *Hic etiam aſteriſcus.* c *Et hic itidem.*

Eveſham

Eveſham in fugam ab Adam Gurdun, cuſtode caſtri de Dunſter, fugatus eſt, & ſubmerſus.

Simon de Monti Forti filius Simonis comitis cum aliis nobilibus Axholm occupat.

Simon data fide venit ad regem ad Northampton.

Exheredati Ely inſulam petunt.

Pag. 178. Guido filius comitis Simonis Montisfortis ab Anglia fugiens nupſit in Italia filiæ & heredi uxoris comitis Rufi.

Robertus de Ferrariis comes de Derby captus à regiis militibus apud Caſtrum de Cheſtrefelde.

Anno D. 1266. Godefridus archiepiſcopus Eboracen: obiit, cui ſucceſſit Gualterus epiſcopus Bathon: & in epiſcop: Bathon: ſucceſſit Gul: de Batton archidiaconus Wellenſis.

Gloverniæ comes occurrente ſibi Joanne de Eynile London: occupat.

Anno D. 1267. Joannes Gernaſii Winton: epiſcopus obiit, & ſepultus eſt Viterbii.

Erat Edwardus princeps vir grandis ſtaturæ.

Anno D. 1269. 6°. Idus April: Edmundus, Henrici regis filius, duxit in uxorem filiam Gul: de Alba marla, comitis de Holdrenes, nomine Avelinam, quæ erat heres paternæ hereditatis & etiam maternæ, ratione cujus comitatum Devoniæ & dominium Vectæ Inſulæ fuerat habiturus, ſed cum tota præda [a] prde mulier mortem parentum prævenit.

Gualterus de la Wyle Sarum epiſcopus obiit, & Robertus de Wikhamptonia, ejuſdem eccleſiæ Decanus, ſucceſſit ei.

Anno D. 1270. Edwardus filius regis, cum fratre ſuo Edmundo, & [b] 4. quatuor comitibus, & totidem baronibus, & aliis multis nobilibus, iter peregrinationis in terram ſanctam arripuit, ducens ſecum conjugem ſuam nomine Alienoram; quæ quidem in terra illa apud Accon, quæ vulgariter Acres dicitur, peperit filiam, quæ Joanna de Acres poſtea vocabatur: quæ etiam proceſſu temporis D°. Gilberto comiti Glovern. extitit conjugata.

| | |
|---|---|
| Edmundus Henr: 3. filius, comes Leirceſtriæ & Lancaſtriæ.<br>Edwardus primogenitus Henr: 3.<br>Beatrix Henr: 3. filia nupſit comiti Britanniæ.<br>Margareta Henr: 3. filia nupſit regi Scotiæ. | Proles Alienoræ reginæ, filiæ comitis de Savoye, ſive Provintiæ. |

Forma Henrici 3. Erat autem ſtaturæ mediocris, compacti corporis, alterius oculi palpebra demiſſiori, ita ut partem nigredinis alterius oculi palpebra celaret.

a *Sic.* b *Sic.*

Elegantis

Elegantis erat formæ, ſtaturæ proceræ, quia humero & ſupra communi populo præminebat. Frons lata ceteraque facies pariliter diſpoſita, eo excepto quod ſiniſtri oculi palpebra demiſſior paterni aſpectus ſimilitudinem exprimebat; lingua bleſa, cui tamen efficax facundia ad perſuadendum in rebus non defuit perorandis, brachiorum ad proportionem corporis flexibilis productio, quibus vivacitate nervica nulla cujuſque erant ad uſum gladii aptiora. Pectus ventri præminebat, tibiarumque legalis diviſio equorum nobilium curſu & ſaltu ſeſſoris firmitatem prohibuit infirmari. Forma Edwardi primi. Pag. 179.

Anno D. 1274. Henricus rex Navarrorum obiit unica filia herede relicta: cujus uxor regina poſtea nupſit Edmundo germano Edwardi regis Angl: De ea 3. filios procreavit, primogenitum Thomam comitem Lancaſtriæ, ſecundum Henricum de Lancaſtria Dominum Monemutæ, 3m. vero Joannem dictum.

Eodem anno Gualterus de Mertona, quondam regis Henr: 3. cancellarius, fit epiſcopus Roffenſis.

Anno D. 1276. rex Edwardus cepit caſtrum quod dicitur Rodolanum.

Princeps Walliæ pendebat ſingulis annis mille marcas annuas pro inſula Angleſey, hac lege, ut ſi Walliæ princeps ſine herede mortem obiret tota eſſet Edwardi regis Angl:

Per hoc tempus obiit regina Caſtellæ, mater reginæ Angl: ad quam jure hereditario poſt mortem matris devolutus eſt Pontivi comitatus.

Robertus Burnel epiſcopus Bathon: electus in archiepiſcopum Cantuar: ſed ejus electione caſſata frater Peccham ſubſtituitur.

Anno D. 1277. Wallenſes occident: ad pacem regis venientes, Pagano in partibus illis regis militiæ capitaneo caſtrum de Stredewy cum adjacenti patria reddiderunt. Paganus.

Princeps Walliæ habuit 3. fratres, quorum duos Owenum & Rodericum poſuerat in carcere. Tertius vero David fuga elapſus multis annis cum rege Angl: ſtetit. Unde & eidem caſtrum de Dinby contulit in Wallia cum terris mille librarum annui redditus. Inſuper & uxorem dedit filiam comitis Derbeiæ, quæ nuper fuerat alio viro viduata. David

Rex Edwardus caſtrum conſtruxit inſigne apud LLanpader ad cohibendas Wallorum irruptiones. Aberoſtuthe caſtrum.

Anno D. 1279. Illuſtris miles Rogerus de Mortuo Mari apud Kenigwurth ludum militarem, quem vocant Rotundam tabulam, inſtituit, ad quam de diverſis regnis confluxit militia multa nimis. Pag. 180.

Eodem anno Gualterus Giffard archiepiſcopus Ebor: obiit, cui Gul: Wikewaue ſucceſſit.

Anno D. 1280. Oliverus de Suttona fit epiſcopus Lincoln:

Eodem anno 5. arcus pontis London: corruerunt præ mole glaciei.

Eodem anno Edwardus rex de lapidibus pretioſis Jaſpidum, quos ſecum attulerat de partibus Gallicanis, paternum ſepulchrum apud Weſtmonaſter: fecit plurimum honorari.

Caſtrum de LLanpader naur captum per Reſum filium Mailgonis, & Griffinum filium Mereduci.

David frater principis Walliæ, immemor beneficiorum Edwardi, nobiles Wallenſes ad conjurationem incitat, & Rogerum de Clifford militem nobilem, ac totius Walliæ juſtitiarium, in caſtro de Hawardin cepit.

Hawardine caſtrum.

Aimericus de Monte Forti, filius Simonis comitis, è carcere liberatur, & poſtea Romæ clericatui renuntians fit miles, & cito poſtea defunctus.

Gilbertus comes Glovern: pugnavit cum Wallis apud LLantilowhir, & vicit.

Princeps Walliæ occiſus apud terram de Buelth per Joannem Giffard & Edmundum de Mortuo Mari, cujus caput poſtea perlatum ad regem.

Lucas de Thaney nobilis miles cum aliis occiſus ab Wallenſibus dum pontem inter Bangor & Termon inchoatum at non perfectum tranſirent.

Mortuo Thoma de Cantelupo electus eſt Richardus de Swinefeld ad epiſcopatum Hereforden:

Hoc anno, qui fuit 1282. rex Edwardus occiſo Gul: D°. de Audeley & Dno. Rogero Cliffordе, coactus eſt fugere ad caſtellum de Hopa.

Rex Edwardus ſubjugavit ſibi totam Walliam, villas & terras in meditullio proceribus ſuis diſtribuit: ſed retinuit maritima caſtra ſibi.

Pag. 181.

Richardus de Mora caſſatus in electione Winton: epiſcopatus Joannes de Pontiſara ab epiſcopo Ro: in epiſcopum conſecratus eſt.

Bere caſtrum.

Anno D. 1284. comes Penbrochiæ caſtrum de Bere, quod erat Leolini principis, cepit. Hoc factum eſt ante pontem * confectum ſuper Meney.

David frater principis Wall: condemnatus in parlamento de Salop: tractus, ſuſpenſus, & diſſectus. Paulo ante captus fuit cum uxore, 2. filiis, & 7. filiabus.

Reſe Vehan ſededit regi Edwardo.

Caſtellum de Conway.

Eodem anno abbatia de Abreconway tranſlata eſt ad alium locum, & in loco quo fuit forte caſtrum conſtructum ad

ad compeſcendas Wallorum irruptiones.

Robertus Wikhamptona epiſcopus Sarum obiit, cui ſucceſſit Gualterus Scamniel.

Maria filia regis Angl: vix admittentibus factum parentibus monialis de Ambreſbyri efficitur.

Mortuo Gul: Wikewaue archiepiſcopo in Galliis apud Pontiniacum, Joannes Romanus ei ſucceſſit in Ro: curia conſecratus.

Reſus filius Mereduni Walliam bello conturbat.

Edmundus comes Cornubiæ caſtrum de Druſelan cum exercitu obſedit ubi in caſu partis mœniorum Gul: de Monte Canuſio cum multis aliis opprimuntur. Druſelan. Cædes Gul: de Monte Canuſio.

Florentius comes Holandiæ, Robertus le Bruze dominus vallis Anandiæ, Joannes de Balliolo Dominus Galwidiæ, Joannes de Haſtinges Ds. Abregavenny, Joannes Comyn Ds. de Badenaw, Patritius de Dunbar comes Marchiæ, Joannes de Veſci vice patris ſui, Nicolaus de Sules, Gul: de Ros. Nobiles vendicantes hereditarium jus regni Scotiæ, & cauſſam Edwardo arbitro commendantes.

Joannes Balliol deſcendit de ſeniore filia Davidis regis Scotiæ.

Robertus le Bruze licet uno gradu eſſet propinquior deſcendit tamen ex filia 2. Davidis. Controverſia nobilium ad 2. tantum delata.

Joannes de S. Joanne capitaneus miſſus ab Edwardo rege in Aquitaniam. Pag. 182.

Anno 1293. Alienora filia regis Angl: apud Briſtollum Henr: comiti Barrenſi nupſit, de qua filium genuit Edwardum, & filiam quam Joannes de Warenna, Surrey, & Southſexe comes duxit.

Blancha reg: Navarræ, [a] uxor" Edmundi fratris Edwardi regis mater reginæ Franc:

Galfridus de Langeley de familia Edmundi fratris Edwar: regis.

Joannes de Britannia nepos Edwardi regis & comes Richemond: præfectus Edwardini exercitus in Vaſconiam miſſi. Cui adjunxit Joann: de S. Joanne & Robertum Tipetot milites.

Eodem tempore villa & caſtrum de Cairarvon combuſta per Madocum.

Mailgo juvenis infeſtavit partes de Penbrok & Cairmardin.

Morganus deſcendens è genere antiquorum dominorum Morganiæ expulit Gilibertum comitem Gloceſtriæ.

Edmundus frater regis & Henricus comes Lincoln: repulſi ab Wallenſibus non longe à Dineby caſtello comitis Lincoln:

[a] *Vocem hanc, in MS. deſideratam, adjeci.*

Anno D. 1295. Rex Edwardus caſtrum de Bello mariſco in Angleſey conſtruxit.

Franci Dovarum ſpoliant & incendunt occiſo in prioratu ſene monacho.

Portus de Hida in Cantia.

Anno D[i], 1295. Gilbertus comes Gloverniæ dies ſuos clauſit, relictis ex uxore ſua Joanna 3. filiabus & ſilio unico minoris ætatis nomine Gilberto.

Eodem anno Gul: de Valentiis comes Penbrochiæ obiit, & in eccleſ: monach: Weſtmo: ſepultus eſt, cui ſucceſſit in comitatu filius ſuus Aimerus.

Virtus Simonis de Monte acuto militis claruit in mari contra Gallos.

Robertus de Ros miles dominus caſtri de Werk transfugit ad Scottum.

Pag. 183. Gul: frater Roberti de Ros fidelis Anglo.

Richardus de Cornubia. Anno D. 1296. Edwardus rex occupat villam de Berwic.

Richardus de Cornubia, frater Edmundi comitis Cornub: occiſus ſpiculo in villa de Berwic. Gul: Duglas capitaneus villæ de Berwic captus. Edwardus rex villam de Berwic novo foſſato munivit.

Haguſtaldunum à Scottis deprædatum & incenſum.

Rameley. Domus monialium de Rameley a Scottis [a] deprædatum.

Parlamentum apud Berwic in quo fidelitates nobilium Scotiæ accepit.

Joan: de Waren comes Surrey ordinatus cuſtos Scotiæ ab Edwardo.

Hugo Creſſingham factus theſaur: ibidem.

Gul: de Ormeſby factus Juſtitiarius Scotiæ.

Parlamentum apud S. Edmundum de Byri.

Nicolaus de Longaſpatha epiſcopus Sarum obiit. Simon de Gandavo vir mag: ſapientiæ ſucceſſit.

Anno D. 1296. Edmundus frater Edwardi regis Baioniæ obiit. Cujus corpus emenſo dimidio anno per mare advectum patriæ Weſtmonaſterii ſepelitur.

Aano D. 1297. Elizabeth, filia Edwardi regis, nupſit Joanni, filio & heredi comitis de Holand in Scotia.

men

Gul: de Berningeham miles captus cum aliis prope Baio-

:··

nam, & Pariſiis in triumphum miſſus.

Villa inſularum, i. e. Liſle in Flandria.

Irwin flu: in partibus Cumbriæ.

Comes mareſcallus.

Edwardus in Flandr: profecturus Thomam de Berkeley conſtabularium & Galfredum de Jonivilla mareſcallum fecit exercitus.

[a] Sic.

Villa

Villa autem de Winchelſey ubi portus ſuper montem ſita eſt præruptæ altitudinis ex eo latere quo vel mare reſpicit vel imminet navigium ſtationi. Unde via quæ à parte villæ deducit ad portum non in directum, ne nimia declivitate deſcendentes in præcipitium, vel aſcendentes repere potius manibus quam ambulare cogat, tenditur, ſed obliquata in latus nunc ad unam partem, nunc ad aliam ſinuoſis flexibus ſæpe recurvatur. Cui quidem nihilominus villa non muro lapideo ſed aggere de terra facto ſuper latus hoc præruptum in modum nemorum ad humanæ ſtaturæ altitudinem erecto: inter cujus propugnacula patet ad naves aſpectus &c. ut Edwardus inter propugnacula obequitans ab equo perterrefacto ſtrepitu ventimolæ tantum non præcipitatus fuerit. Situs Vincelſeiæ. Pag. 184.

Richardus epiſcopus Lincoln: Gul: comes Warwic: Reginaldus de Gray, Joan: Giffarde, Alanus Plokenet milites curam Angl: abſente Edwar: rege habuerunt.

Robertus de Clifford miles illuſtris erupit ex Carleolo, & Scotiæ limites deprædavit.

Spoſponderunt Scottis pro Edwar: rege epiſcopus Dunelmen: ac comites Joannes Surreiæ, Gulielmus Warwici, Radulfus Glovern: * Radulfus comes Gloverniæ.

Rex Edwardus apud Codingham juxta Beverlacum celebravit natale. Codingham Caſtel.

Margareta ſoror regis Franc: nupſit Edwardo 1°. regi Anno D. 1299.

Anno D. 1300. Edmundus comes Cornubiæ obiit ſine prole, & comit: rediit ad coronam. Sepultus eſt apud Aſheruge, quem locum ipſe fundavit.

Hoc anno fuit parlamentum Stanfordiæ.

Parvos clericulos primam tonſuram habentes & Grammaticam addiſcentes ad numerum circiter 200. in ſcholis exiſtentes obſtructis hoſtiis ſcholarum igne ſuppoſito cremaverunt. Crudelitas Scottorum. Audivi hoc factum fuiſſe Haguſtalduni.

Anno D. 1302. Joannes Segrave nobilis miles præfectus cuſtodiæ Scotiæ. Segrevus præfectus Scotiæ.

Virtus Roberti de Nevile apud caſtrum puellarum in Scottos.

Segrave à Scottis captus & virtute Anglorum receptus.

Comes Mareſcallus fratri ſuo Joanni offenſus captans regis benevolentiam omnes terras ſuas regi donavit, ita ut ei abjectis mille libratis terrarum redonarentur ad vitam. Pag. 185. Comes Mareſcallus hereditate ſua redemit notam Majeſtatis Edwardi regis in Flandria læſæ, ut in hoc libro ſequebatur.

Seſſio Juſtitiariorum de banco & ſcaccarium poſt ſeptennium ab Eboraco reducta Londinum.

Hîc

*Hic deſiderabantur in Codice Tinemutenſi Annales* 54. *annorum.*

Ex charta regis Franc:

Habebit rex Angl: caſtella, villas, & dominium de Caleys, Meerk, Pitangate, Colne, Hamme, Walle, Oye cum omnibus ſuis pertinentiis, civitatem de la Rochelle, & villam S. Walerici, caſtellum, villam, & totum comitatum de Gynes.

Anno D. 1361. Joannes Trelek epiſcopus Hereford: obiit.

Eodem anno Joannes Gaunt comes Richemundiæ factus eſt dux Lancaſtriæ jure uxoris ſuæ.

Eodem anno obierunt Henricus dux Lancaſtriæ, Reginaldus Cobham, Gul: Fizwarin, & Joannes Moubray.

Stapula lanarum non obſtante ſacramento regis & majorum Angl: mutatur ad Caleys.

Decretum Simonis Iſlep de abrogandis feſtis diebus.

Joannes de Bokingham ſucceſſit Joanni Lincoln: epiſcopo.

Mr: Gul: de LLinne ſucceſſit Roberto epiſcopo Ciceſtrę.

Anno D. 1363. rex Franc: moritur Londini in palatio de Savoye.

Joannes dux Lancaſtriæ, Hugo de Calverley miles, Robertus Cnollys miles, & Joan: Chaundos adjutores partis Edwardi principis in bello Hiſpanico.

Edwardus princeps per idem tempus, ut dicebatur, intoxicatus fuit; à quo quidem tempore uſque ad finem vitæ ſuæ nunquam gaviſus eſt corporis ſanitate. Sed & plures ſtrenui & valentes poſt victoriam Hiſpanicam fluxu ventris & aliis infirmitatibus perierunt ibidem.

Pag. 186. Anno D. 1368. Gul. Witeleſey tranſlatus per papam ab epiſcopatu Wigorn: ad archiepiſcopatum Cantuar:

Gul: de Linne tranſlatus Ciceſtre ad Wigorn:

Gul: Rede factus epiſcopus Ciceſtrenſis.

Mons Morianus, vulgo le Chaulk hul, prope Caleis.

Joannes Hawkewood famoſus miles comitivæ albæ dux.

Anno D. 1369. Philippa reg: Angl: obiit & ſepulta eſt Weſtmonaſterii.

Hoc anno obierunt Thomas Percy Norwicen: epiſcopus, Ludovicus Charleton Herefordenſis, & Joannes Granſon (un) epiſcopus Exonienſis.

Gul: Curteney factus epiſcopus Herefordenſis, Henr: le Spenſer Norwicenſis, Thomas Brantingham Exon:

Hoc anno Blanchia duciſſa Lancaſtriæ obiit & ſepulta eſt London: apud S. Paulum.

Ds. de Graunſon miles.

Sainct Amande et Adryelle.
Ryvers et Ryvel.
Loveday et Lovel.
Denyas et Druel.
Mountburgh et Mounſorel.
Maleville et Malet.
Newmarch et Newbet.
Corby et Corbet.
Mounſey et Mountfichet.
Gaunt et Garre.
Maleberge et Marre.
Geneville et Gifard.
Someray et Howarde.
Perot et Pykarde.
Chaundoys et Chaward.
Delahay et Haunſard.
Muſſegros et Muſard.
Maingun et Mountravers.
Fovecourt et Feniers.
Veſcy et Verders.
* Brabaſoun et Bevers.
Challouns et Chaleys.

Merkingfel et Mourreis.
Fitz Philip et Fliot.
Takel et Talbot.
Lenias et Levecote.
Tourbeville et Tipitot.
Saunzauer et Saunford.
Mountagu et Mountfort.
Forneux et Furnivaus.
Valence et Vaus.
Clerevalx et Clarel.
Dodingle et Darel.
Mautalent et Maudict.
Chapes et Chaudut.
Cauntelow et Coubray.
Sainct Teſe et Sauuay.
Braund et Baybof.
Fitz Alayne et Gilebof.
Maunys et Meulos.
Souley et Soules.
Bruys et Burgh.
Neville et Newburgh.
Fitz William et Watervile.
De Lalaund et del Iſle.
Sorel et Somery.
S. John et S. Jory.
Wavile et Warley.
De la Pole et Pinkeney.
Mortivaus et Mounthenſy.
Creſcy et Courteny.
S. Leo et Luſcy.
c
Bavent et Buſsy.
.
Laſcels et Lovein.
Thays et Tony.
Hurel et Huſee.
Longvil et Longeſpe.
De Wake et De la War.
De la Marche et De la Mare.
Conſtable et [b] Tally.
.
Poynce et Paveley.
Tuk et Tany.
Mallop et Marny.
Paifrer et Plukenet. * Pag. 222.
Bretonn et Blundet.

[a] *Sic, cum duob. punctis.* [b] *Sic, cum puncto ſub poſteriore* l.

Mai-

[a] Maihermer et Muſchet.
Baius et Bluet.
Beke et Biroune.
Saunz pour et Fitz Simoun.
Gaugy et Gobaude.
Rugetius et Fitz Rohaut.
Peverel et Fitz Payne.
ger
Fitz [b] Robert et Fitz Aleyne.
Dakeny et Dautre.
Menyle et Mauſe. [ſon.
Maucovenaunt et Mounpin-
Pikard et Pinkadoun.
Gray et Graunſoun.
Diſeney et Dabernoun.
Maoun et Mainard.
Baneſtre et Bekard.
[c] Bealum et Beauchaump.
Loverak et Longchaump.
Baudyn et Bray.
Saluayn et Say.
Ry et Rokel.
Fitz Rafe et Roſel.
Fitz Brian et Bracy.
Playce et Placy.
Damary et Deveroys.
Vavaſor et Warroys.
Perpounte et Fitz Peris.
Seſee et Solers.
Nairmere et Fitz Nele.
Waloys et Levele.
Chaumpeneys et Chaunceus.
Malebys et Mounceus.
Thorny et Thornille.
Wace et Wyvile.
t
Verboys et Waceley.
Pugoys et Paiteny.
Galoſer et Gubioun.
Burdet et Boroun.
Pag. 223. Daverenge et Duylly.
Sovereng et Suylly.
Myriet et Morley.
Tyriet et Turley.
Fryville et Freſell.
De la River et Rivel.
Deſtraunges et Delatoun.
Perrers et Pavillioun.
Vallonis et Vernoun.
Grymward et Geroun.
Hercy et Heroun.
Vendour et Veroun.
Glauncourt et Chamount.
Bawdewyn et Beaumount.
Graundyn et Gerdoun.
Blundet et Burdoun.
Fitz Rauf et Filiol.
Fitz Thomas et Tibol.
Onatule et Cheyni.
Mauliverer et Mouncy.
Querru et Coingers.
Mauclerk et Maners.
Warde et Werlay.
Muſteys et Merlay.
Barray et Bretevil.
Tolimer et Treville.
Blounte et Boſeville.
Liffard et Oſevile.
Benny et Boyvile.
Courſoun et Courtevile.
Fitz Morice et S. More.
Broth et Barbedor.
Fitz Hugh et Fitz Henry.
Fitz Arviz et Eſturmy.
Walangay et Fitzwarin.
Fitz Raynald et Roſcelin.
Baret et Bourte.
Heryce et Harecourt.
Venables et Venour.
Hayward et Henour.
Dulee et De la laund.
De la Valet et Veylaund.
De la Plaunche et Puterel.
Loring et Loterel.
FitzMarmaduk etMountrivel.

[a] *Sic, cum puncto ſub poſteriore parte litteræ* m. [b] *Sic, cum tribus punctis.*
[c] *Sic cum puncto ſub poſtrema parte litteræ* m.

2 Kymarays.

Kymarays et Kyriel.
Liſours et Longvale.
Byngard et Bernevale.
La Muile et Lownay.
[a] Damot et Damay.
Bonet et Barry.
Avenel et S. Amary.
Jardyn et Jay.
Tourys et Tay.
Aimeris et Aveneris
Vilain et Valeris.
Fitz Euſtace et Euſtacy.
Mauches et Maſcy.
Brian et Bidin.
Movet et S. Martine.
Surdevale et Sengryn.
Buſcel et Bevery.
Duraunt et Doreny.
Diſart et Doynell.
Male Kake et Mauncel.
Bernevile et Bretevile.
Hameline et Hareville.
De la huſe et Howel.
Tingez et Gruyele.

Tinel et Travile.
v
Chartres et Chenil.
Belew et Bertine.
Mangyſir et Mauveyſin.
Angers et Aungewyne.
Tolet et Tiſoun.
[b] Fermband et Friſoun.
S. Barbe et Sagevile.
Vernoun et Watervile.
Wemerlay et Wamervile.
u
Broy et [c] Bromevile.
Bleyn et Breicourt. Pag. 224.
Tarteray et Chercourt.
Oyſel et Olifard.
Maulovel et Maureward.
Kanceis et Kevelers.
Liof et Lymers.
Ryſers et Reynevil.
Buſard et Belevile.
Rivers et Ripers.
Percehay et Pereris.
Fichent et Trivet.

Pag. 225, 226, 227, 228. vacant.

*Ex Chronico Urivallenſis monaſterii, cujus exordium eſt ab ipſo Auguſtini, Anglorum apoſtoli, adventu in Britanniam.* Pag. 229.

Petrus preſbyter, primus abbas monaſterii Petri & Pauli ad orient: partem Cantuariæ in ſinu maris nomine Amflute, legatus in Galliam miſſus naufragio periit: primum quidem ab accolis ignobili traditus ſepulturæ, poſtea autem, cognita è miraculis ejus dignitate, Bononiam tranſlatus eſt.

Sebertus rex Eaſtſax: nepos Ethelberti regis Cantiæ ex ſorore.

Laurentius archiepiſcopus Cantuar: ſucceſſor Auguſtini eccleſiæ Angl: Scotorum etiam Britonum qui in celebratione Paſchæ errabant curam geſſit.

Brightwoldus abbas Raculfenſis ſucceſſit in ſede Cantuar: Theodoro.

Felix epiſcopus Orientalium Anglorum primo ſepultus in Dunwik, deinde tranſlatus ad Seham, & tandem ad Rameſianum monaſter:

Seham, vulgo Some, in provintia Grantana.

Ethelburga, Sexburga, Etheldreda filiæ Annæ regis Orient:

[a] *Sic, cum duob. punctis.* [b] *Sic, cum duobus punctis.* [c] *Sic.*

Angl· Harum etiam ſoror, ſecundum quoſdam, fuit Whitburga, quæ apud Dereham in Northfolcia per longum tempus in eccleſia jacuit tumulata: ſed poſtea regnante Edgaro Brightnothus, primus abbas Elienſis monaſterii, conſenſu regis & hortatu Ethelwoldi epiſcopi Wi ton: noctu ejus relliquias & tumbam[a] noctu″ cum armatis miniſtris vehiculo impoſitas per 20 milliaria Brandiniam perduxit: deinde cymba impoſitas, Derehamenſibus eos ferro & opprobriis ſupervenientibus, ægre ad Elienſe monaſter: perduxerunt: ante tamen pervenerant ad Tidbrighteſeye, ubi rurſus vehiculo uſi ſunt. Dicitur etiam quod harum ſororum frater erat Sanctus Juruuinus, qui apud S. Edmundum veneratur.

Comes Oſwaldus conſilium dedit Ethelbrighto, Orient: Anglorum regi, ut conjugem acciperet.

Pag. 230. Mater Ethelberti, regis Orient: Anglorum, diſſuaſit ei conjugium Alchridæ, filiæ Offæ regis Merciorum.

Uxor Offæ maritum conſilio impellit, ut hoſpitem & futurum generum è medio tollat.

Ethelbrightus rex à Guimberto famulo Offæ olim ejus in Eſt:anglia familiari amico occiditur: & caput amputatum ad Offam & ejus reginam defertur.

Althrida, alias Alfrida, promiſſa Ethelberto ſponſa tandem Croylandiam petiit, ibique duram & cœlibem vitam egit.

Offa juſſit Ethelbrighti corpus cum capite in ripa Lugi flu: in comit: Herefordiæ recte ſepeliri, id quod factum eſt.

Ethelberthus cuidam Brithfrid prædiviti viro apparuit, jubens, ut ejus corpus efferret ad locum nomine Stratus Waye, & juxta monaſter: eodem loco ſitum ſepeliret. Brithfrid adjuncto ſocio Egmundo quod juſſit fecerunt, & corpus una cum capite in loco qui Fernlega, id eſt, ſaltus filicis, dicebatur, nunc vero Hereford, ſepeliverunt.

[b] Stratus Vagæ.

Aſſer hiſtoricus veraxque relator geſtorum regis Alfredi.

Egwinus quidam, vir magni nominis & dominus in finibus Lidburiæ borealis, & montis Gumerici, liberatus à graviſſ: paralyſi Lidburiam borealem, rem quam in terris chariſſ: habuit, Ethelberto martyri & ejus miniſtris dedit.

Offa rex hiis auditis pœnitentia motus eſt, & decimam partem rerum ſuarum ſanctæ eccleſiæ dedit, monaſteriumque Sancti Albani & alia quædam egregia fertur per Angliam fundaſſe & ditaſſe cœnobia.

Offa Romæ in peregrinatione obiit.

Egfridus, Offæ filius, vix per annum & 40. dies pro patre regnavit.

[a] *Delend. forſan.* [b] *Sic, cum duob. punctis.*

Mile-

Milefridus, rex Merciorum, cognitis Ethelberti regis miraculis, quanquam in remotis regni ſui partibus tunc temporis ageret, tranſmiſſa ad locum eundem pecunia multa ecclesiam egregiam lapidea ſtructura in honorem martyris incepit & perfecit, & in eodem loco primus regum omnium epiſcopum conſtituens eccleſiam cathedrali honore ſublimavit, quam terris plurimis, palliis holoſericis, & ornamentis egregiis, regia, quoad vixit, munificentia ditare quidem & dotare non ceſſavit. Pag. 231. Milefridus Merc: regulus.

Edmundus rex Eſtanglorum apud Byri coronatus.

Birinus apoſtolus Gewiſſeorum primo ſepultus apud Dorceſtre: deinde tempore Heddæ epiſcopi tranſlatus eſt Ventam, id eſt, Wincheſtre.

Theodorus archiepiſcopus Dorobernenſis ſcripſit librum cui titulus Pœnitentiale.

Ine rex Weſtſax: conſilio Aldelmi epiſcopi monaſter: Glaſconienſe conſtruxit, quod ſplendide duravit uſque ad tempora Danorum diebus Aluredi. Et poſtea tempore Dunſtani opera regum Edmundi & Edgari refloruit. Hoc monaſter: à tempore adventus Normannorum in Angliam ſemper peſſimis infractum eſt laboribus, & abbates habuit elatos exemplo Thurſtini abbatis tempore Gul: conqueſtoris.

Ine rex Weſtſax: leges condidit.

Brightwoldus archiepiſcopus Dorobernenſis ſedebat 37. annis. Succeſſit Tadwinus.

Anno Cudredi regis Weſtſax: 9°. Kinrik filius ejus armorum decus, debellator ferarum, ætate tenera, ſed armis acer, annis parvus, ſed vigore magnus occiſus eſt.

Scribitur tamen quod Pipinus rex Francorum, pater Caroli Magni, decreto Zachariæ papæ à Bonifacio archiepiſcopo Moguntino in imperatorem ungebatur.

Peda, Pendæ filius, cum ſuis à Finnano epiſcopo in vico, qui ad Murum dicitur, diſtante 12. paſſ: millibus a mari orientali, baptizatus eſt.

Alfridus & Elfridus filii Oſwii regis Northumbrorum. Pag. 232.

Duwaldus filius Oſwaldi regis.

Elfleda, filia Oſwi regis, monacha effecta in inſula cervi.

Elfleda monaſter: in Streneſhalch conſtructo ibidem obiit, ubi rex Oſwius, & mater ejus Eanfled, & Adwinus, pater matris ejus, debite ſunt humati.

Regnum Auſtralium Merciorum ab Aquilonaribus Mercis per flumen de Trente diſcretum.

Peda rex Auſtralium Merciorum è dono Oſwii regis proditione conjugis ſuæ occiſus eſt. Quo mortuo Merciorum gens 3. annis Oſwio regi ſubjecta fuit.

Cuthburg, ſoror Chineburg, quæ data fuerat Egfrido regi

Northumbrorum, ſed eo vivente ſeparata, apud Winburn conſtituit abbatiam.

Kenulphus rex [a] Weſtſax: ab Orient: Anglis interfectus eſt, eo quod regnum Orient: Anglorum ut ſuum à tempore Offæ regis invadere & ſibi vendicare tentavit: qui apud Winchelcumbe ſepelitur.

Quendreda & Burgenild ſorores germanæ Kenelmi regis Weſtſax:

Kenelmus occiſus ab Aſkeberto ejus nutritio & procura-
i
tore conſilio Quendredæ in valle de Clent.

Quendreda mortuo Kenelmo imperio potita eſt.

Clent ex vacca alba, indice ſepulchri Kenelmi, Cowdale vulgo appellata.:

*In Clent ſub ſpina jacet in convalle bovina,*
*Vertice truncatus Kenelmus rege creatus.*

Quendreda incantatrix oculos in funere Kenelmi Winchelcumbæ miſere perdidit. Ejus pſalterium, ſuper quod oculi defluxerunt, ibidem ſervatur.

Poſt Bernulphum in regno Merciæ ſucceſſit Ludecanus, cui
Pag. 233. ſucceſſit Milefridus, conſtructor Herefordenſis eccleſiæ, cui ſucceſſit Wiglaphus, cui ſucceſſit Bertulphus, cujus filius Berfertus nomine cognatum ſuum S. Wiſtanum injuſte peremit. Erat nepos duorum regum de reg: Merciorum.

Elfredus ultimus rex, ſive dux, Merciorum, cui nupſit Elfleda, Alfredi Weſtſax: regis filia.

Offrid & Edfrid filii Edwini regis Northumbrorum ex Eanburga, filia Cearli regis Merciorum, baptiſati ſunt a Paulino archiepiſcopo Ebor: tempore etiam ſequenti liberi ejus de Ethelburga progeniti baptizantur, quorum duo in Ebor: eccleſia poſtea ſunt ſepulti.

Hi inſula Scotiæ, ſive Hiona, Anglice Hicolumguille.

Egbertus Anglicus Scottos in obſervatione Paſchali errantes correxit.

Finnanus epiſcopus in inſula Lindisfarnenſi de ſecto robore eccleſiam totam fecit, quam cum Theodorus archiepiſcopus dedicaſſet, Edbertus epiſcopus tectum plumbo operuit.

Tunbertus, Auſtralium Girviorum princeps, primus S. Etheldridæ maritus. Egfridus autem rex Northumbr: ſecundus erat.

Edelredus rex Merc: Cantiam vaſtavit, unde Roueceſtria deſtructa. Putta epiſcopus inde fugit, cui 1°. Chichelmus, poſtea vero Gilemundus ſucceſſerunt.

A
Occiſo Ecfrido rege Northumbr: à Pictis abbas de Eber-

[a] Mercior: *ſupra lin. ab alia m.*

2 curny,

curny, juxta fretum quod Anglorum terras & Pictorum in regione illa determinat, inde fugiens in monaſter: de Streoneſhalc obiit. Paucis ab eo tempore annis Berthus conſul, Ecfridi domini ſui mortem vindicare cupiens, maledicta Hibernienſium, ad quos per dictum regem, ut prædicitur, miſſus fuerat, & eorum eccleſias deſtruxerat, ſenſit. Nam ingreſſus eorum terram cum exercitu ab eiſdem, quibus Ecfridus, occiditur.

Bertinus, quondam S. Wilfridi diaconus, fit abbas de Beverley.

Edelredus rex Merciorum, Kenredus ſucceſſor Ethelredi, Pag. 234. Cedwalla rex Weſtſax: & Ine ſucceſſor ejus, Sigebertus rex Eſtangl: Sebbi rex Eſtſax: monachalem habitum aſſumpſerunt: quorum exemplum ſecutus eſt Ceolwolphus, & regnum reliquit Egberto cognato ſuo, filio Eate, filii Lerwoldi.

Anno Ethelredi regis Northumbr: 4. & ultimo Edelboldus & Herebertus, duces ejus, ſibi rebellantes Aldulphum, filium Boſæ, regalis exercitus primatem, apud Kingeſclive occiderunt: & poſtmodum duos duces ejuſdem regis Kinewolf & Eggam apud Charchon ingenti prœlio extinxerunt: unde rex de eorum facie perpetuo fugit.

Edburga abbatiſſa, Aldulphi, alias Erdulphi, regis Northumbr: filia, miſit Guthlacô heremitæ ſarcophagum.

Leoſtanus, filius Wolgari, vir potentiæ mag: aperuit ſepulchrum D. Edmundi, & corpus ejus tetigit.

Hublow tumulus Hubbæ in Devonia.

In prœlio ſuper Luye flu: prope partes Hertfordſhir 120. ex Danis periere, & ex Anglis 42. inter quos & Batheman eorum præpoſitus.

Alfredus rex Weſtſax: viſitavit eccleſiam S. Guenori in Cornubia. ubi S. Neotus requieſcebat. Alfridus fecit ut filiæ ſuæ liberalibus ſtudiis erudirentur.

Alfredus leges compoſuit.

Alfredus etiam leges una cum Godrino Dano rege . . . . . . compoſuit.

Ethelwoldus, frater minor Edwardi ſenioris, &, ſecundum quoſdam, patruelis regis Eduardi, inſurrexit contra eum, & Winburnam urbem juxta Bathoniam occupavit, & januis clauſis dixit ſe aut ibidem triumphaturum aut obiturum. Nocte tamen inde receſſit, & ad Danos Tranſhumbr: pro Pag. 235. auxilio eorum petendo feſtinavit: ſed Eduardus ita eum perſecutus eſt, ut in Franciam fugere cogeretur. Reduxit tamen Eduardus ſecum ſanctimonialem, quam idem Ethelwoldus rapuerat, & ultra vetitum epiſcopi in uxorem dxerat. Cito vero poſtea eodem anno Ethelwoldus de Francia rediens ad

Dacos

Dacos in Northumbr: pertranſivit. Illi vero nobilitati juvenis congaudentes ſuper reges & duces ſuos ipſum regem & principem ſtatuerunt.

Anno Edwardi regis 3. Ethelwoldus coadunatis viribus navigium in Eſtſax duxit, cui Eſtſaxenſes ſubditi ſunt ſine mora. Eodem anno S. Grimbaldus confeſſor & doctor regis Aluredi Winton: obiit.

Anno regis Eduardi 4. junctis ſecum Danis Eſtangliam inhabitantibus Merciam invadit, eamque uſque ad Crekanford, quod eſt Crikelade, cuncta conſumans. Deinde flu: Tameſiæ pertranſito cepit Brithenden, & uſque Bradeſtoke terram ſpoliavit, & Eſtangliam cum gaudio reverſus eſt. Quem rex Edwardus à tergo perſequens terram hoſtium à flu: Ouſæ uſque ad limites terræ S. Edmundi deprædavit. Poſtea cum inde recedere vellet per totum exercitum ſuum præcepit, ut nullus poſt ſe permaneret. Cantuarii tamen & Kentenſes juſſu regis neglecto remanſerunt. Quos ad mandatum regis per 7. nuntios ulterius pro eis miſſos Dacorum exercitus in-

h

tercepit cum eis fortiter prœliando: ubi Sigwlf & Sigbolme duces, Adelwald baro regis, & Cenwulf abbas, Sigebright fi-

t

lius Siwulf, & Edualde filius Accæ, & plures alii occiduntur. Ex parte autem Dacorum rex Egbright & prædictus juvenis Ethelwolphus, quem Dani in regem elegerant, & Beorſige filius Brightnodi, & Heling, & Hiſpohold, & Octelhold, & plures alii perierunt. Danis tamen remanſit victoria.

Eduardus 5. anno reg: ſui inducias cum Eſtanglis & Northumbris apud Ichenford percuſſit.

Pag. 236. Eduardus anno 6. regni ſui Dacos in Northumbr: vicit, et bonam regionis partem ſpoliavit.

Totenhaul collegium. Eduardus anno 7. vicit exercitum Danorum prope Totenhaule in Staforden: provintia.

Anno 8. Eduardi Angli perſecuti ſunt Danos, qui prædatum venerant in Merciam, & in campo de Wilmesforde Danos vicerunt.

Rex Dacorum Aldene, & rex Eolwolph, & uterque conſul, & Owlfhold, & Beneſinghold, & Gutferthold, & alius Gutferd, Hanlaſim niger, & Werethferdehold, & Egferthold, & Offerd, & Ahemundhold. Ita victoria apud Anglos manſit.

Hoc anno Ceſtria ope ducis Merc: Ethelredi & Elfledæ uxoris ſuæ reſtaurata eſt, & novis muris circumdata, ac pene ad duplum quam prius ampliata: ita quod caſtrum ibidem ab olim extra muros ad aquam poſitum nunc infra muros videatur.

Monaſterium Cluniacenſe fundatum à pio Gulielmo duce Burgundiæ.

Dani

Dani fecerunt mag: cædem Anglorum ad Hochemertoun, & ibi circum in comit: Oxoniæ facientes. Hoc Maridunum.

Anno 11. Eduardi Dani cum navibus ab Auſtro ex Lidwico venerunt cum ducibus Uther & Raghald ad occident: partes Sabrinæ juxta littora, & ceperunt Camelegeat epiſcopum, quem Edwardus poſtea 40. libris redemit. Vide num ſit Hocnorthton.

Daci victi comprovintialibus in Yrchenfeld, ubi Raghald conſul, & Heolcil frater Uther conſulis cum mag: parte Danorum ceciderunt.

Ethelredus dux & dominus Merc: prole carens ª maſculina obiit anno 16. Eduardi Senioris. Reliquit autem Elwinam filiam ſuam heredem Merc:

Poſtea Elfleda, uxor Ethelredi, longo tempore gentem Merc: rexit exceptis Londonia & Oxonia quas rex ſibi retinuit. Et eodem anno monaſter: & Burgum de Brunneſburg conſtruxit.

Elfleda domina Merc: prædas apud Brekeniauk egit. Elfleda obiit 12. die ante feſtum D. Joannis apud Tameworth.

Elfleda ſepulta Gloceſtriæ in eccleſia S. Petri. Pag. 237.

Edwardus neptem ſuam Elwinam, Elfledæ filiam, proteſtate adempta in Weſtſaxoniam duci fecit.

Thelewal in ripa Merſey flu: diſtat 5. millibus paſſuum à Runcorna ad orientem.

Edwardus Rex apud Ferandune juxta Oxoniam obiit, & apud Wincheſtre ſepultus eſt.

Circa hoc tempus Sidric. rex Northanhumbr: Nigellum fratrem ſuum occidit, quo ſcelere perpetrato Reginaldus rex, filius Gudfredi regis Dacorum, Eboracum ſibi conquiſivit.

Hic Edwardus leges condidit Oxoniæ.

Anno Athelſtani regis 12. Odo factus eſt archiepiſcopus Dorobernenſis. Iſte Odo Wulfelmo, qui inter ipſum & Athelinum ſedit, ſucceſſit: qui quidem Athelinus non fuit monachus, ſed omnes alii ante eum erant.

Anno 15. Athelſtani Anlaf paganus rex Hibern: multarumque inſularum à ſocero ſuo Conſtantino rege Scottorum incitatus hoſtium Humbri flu: cum mag: claſſe ingreditur. Cui, vires ſuas genti Scottorum & Dacorum in Anglia converſantium adducenti, rex Athelſtanus cum fratre ſuo Edmundo occurrens, prœlium prœliorum max: à principio diei uſque ad finem protractum apud Bruneſburg commiſit, ubi 5 reges & 7. duces cum plebe innumera occiduntur, regibus Anlaf & Conſtantino antedictis ad naves fugere compulſis.

Athelſtanus rex leges quater edidit, quarum partem Great-

ª *Sic, cum duobus punctis ſub poſteriore* a.

leiæ,

leiæ, partem Exoniæ in Devonia [a] fancſivit, partim [b] apud Fureſham, partim apud Yundresfeldium.

Edmundus ſenior congregavit concilium London: & leges edidit.

Northumbr: regem ſuum Anlaf fugaverant & Huth filium Haraldi in rege ſuſceperunt.

Sed Edredus anno regni ſui 7. iterum receptus eſt, & Huth, quem leviter acceperant, leviter abjecerunt.

Dunſtanus primo Wicciorum epiſcopus, deinde archiepiſcopus Dorobernenſis, tandem adjunxit London: etiam.

Pag. 238. Dunſtanus reliquias S. Wilfridi à Ripenſi eccleſia ad Cantuar: tranſtulit. Sunt tamen qui contendunt fuiſſe oſſa minoris Wilfridi.

[c] Ethelwoldus epiſcopus Ventanus 2. anno pont: ſui canonicis expulſis monachos in eccleſia ſua cathedr: inſtituit.

Otho primus abbas Cluniacenſis.

Edgarus rex ex Elfleda candida genuit Edwardum martyrem.

Edgarus miſit quendam ſecretarium ſuum Eſtanglorum ducem nomine Ethelwolph: exploratum quali forma eſſet Alfrida, Orgari ducis Devoniæ filia, ſubinferens ut ſi talis eſſet, qualem fama prædicabat, eam in uxorem acciperet.

Ethelwolph Edgaro falſa retulit, & dolo uſque ipſemet Alfridam in uxorem accepit.

Edgarus filium Ethelwolphi ex Alfrida ex ſacro fonte levavit, & Edgarum appellavit. Hoc factum erat dolo quodam ab Ethelwolpho, ut rex cum uxore ſpiritualem contraheret cognationem.

Ethelwolphus detexit omnem rem Alfridæ ſuæ ex quo maritum integre dilexit.

Fama vera pulchrit: Alfridæ pervenit ad Edgarum, unde odio tacito Ethelwolphum proſecutus eſt.

Edgarus inter venandum Alfridam inviſit: & ſecum cogitabat quo pacto è medio Ethelwolphum tolleret. Unde concilium apud Sarum congregat, in quo cura tuendæ Northumbr: data Ethelwolpho, qui verſus provintiam illam iter dirigens in ſylva de Wereweile a quibuſdam ignotis ſed armatis juſſu Edgari eo miſſis interficitur. Quod cum divulgatum fuiſſet, rex accitam London: Alfridam in conjugem accepit. At Dunſtanus factum non approbavit. Quare Alfrida poſtea eum odio habuit.

Edgarus de Alfrida genuit Edmundum, qui in pueritia obiit & Ethelredum.

[a] *Sic*   [b] Alias Fefreſham *ſupra lin. à m. Lel.*   [c] *Sic, cum puncto ſub poſteriore parte litteræ* h.

Edgarus

Edgarus genuit ex Wolfrida concubina Editham.

Rex Edgarus anno reg: ſui 11. inſulam de Thanet, quod incolæ illius jura regalia ſpreverant, juſſit deprædari. Hoc anno Ethelwoldus epiſcopus Ventanus, & Oſwaldus epiſcopus Wigorn: juſſu regis clericis de quibuſdam majoribus eccleſiis expulſis, monachos inſtituerunt, aut de eiſdem clericis & aliis monachos in eiſdem fecerunt. Pag. 239.

Anno 12. Edgari Aſketillo mortuo Oſwaldus Wigorn: epiſcopus archiepiſcopatum Ebor: ſuſcepit, ſimul cum Wigorn: epiſcopatu illum regens.

Hic Oſwaldus juxta cathedr: S. Petri Wigorn: eccleſiam aliam beatæ Mariæ conſtruxit, ubi cum monachis familiarius converſabatur, plebem per hoc in ſui favorem plurimum alliciens. Unde & clerici de proxima eccleſia hoc videntes maluerunt monachari quam ſic ludibrio relinqui.

Edgarus tempore ſuo plus quam 40. monaſter: conſtruxit & reparavit. Inter quæ Glaſconiam, Abbendunum, Burgh, Thorney, Wiltoniam, & Wintoniam, & Ely renovavit conſilio Ethelwoldi epiſcopi Ventani.

Tempore Edgari Ailwinus conſul regis conſilio Ethelwoldi epiſcopi Ventani, & auxilio Oſwaldi archiepiſcopi Ebor: abbatiam de Rameſey in inſula pulcherrima pulcherr: fixit.

Ethelwoldus Ventanus epiſcopus conſtructor monaſter: à rege Edgaro impetravit, ut Sanctorum corpora, quæ in deſtructis locis jacebant in negligentia, transferre ſibi liceret in ea quæ conſtruxerat monaſteria. Inter quæ corpus S. Botolphi, fratris Sanctæ Pegiæ, fecit à monaſter: Ikanno, quod S. Botolphus in vita ſua conſtruxerat, & poſtea per interfectores S. Edmundi deſtructum fuerat, transferri, & ſuper hoc regiæ excellentiæ intimavit. Rex cenſuit corpus trifariam dividendum: caput annuit Helienſi cœnobio, medietatem corporis reliquit Thornenſi monaſterio, reliqua ſibi ſervavit, quæ poſtea Edwardus 3. confeſſor eccleſ. S. Petri Weſtmonaſter: contulit.

Obiit Edgarus anno vitæ ſuæ 37. Idibus Julii. Pag. 240.

Alferus princeps Merc: mortuo Edgaro aliquot eccleſias canonicis ſuis reſtituit expulſis monachis.

*Verſus in laudem Edgari regis.*

Autor opum, vindex ſcelerum, largitor honorum,
    Sceptriger Edgarus regna ſuperna petit.
Hic alter Solomon, legum pater, orbita pacis,
    Quod caruit bellis, claruit inde magis.
Templa deo, templis monachos, monachis dedit agros,
    Nequitiæ lapſum juſtitiæque locum.
Novit enim regno verum perquirere falſo,
    Immenſum modico, perpetuumque brevi.

Celebratæ ſunt in Anglia tempore Edgari tres Synodi, prima apud Kerling, ſecunda apud Calne, ubi omnes proceres excepto Dunſtano de ſolario corruerunt; tertia fuit apud Ambreſbyri.

*Ab hoc loco ad tale ſignum* ✱ *rurſus decerpta è præcedenti hiſtoriæ parte.*

Edgiva concubina in ſomno vidit lunam de ſuo ventre ſplendere, & de hoc lumine totam Angl: illuſtrari.

Edwardus rex ex filia eleganti cujuſdam Upilionis in villa quadam Weſtſaxoniæ genuit filium ſuum primogenitum, quem propter fidem ſomnii vocavit Ethelſtanum: & ex alia uxore Edwinum, Edmundum, Edredum & quatuor filias. Secundum quoſdam ex alia uxore tres filias habuit, quæ religionem intraverunt, de quibus una dicebatur Elfleda.

Anno D. 901. Edrede dux Devoniæ obiit uno menſe ante obitum regis Aluredi, qui cum eo fidelis & fortis multa geſſerat bella.

Anno Eduardi 2. [a] Ethelwoldus frater ejus minor, & ſecundum quoſdam [b] regis" patruelis Eduardi regis inſurrexit contra eum, & Winburnam tenuit.

Ethelwoldus à Winburna ad Danos in Northumbria fugit, & inde in Franc: rurſus venit in Northumbr: & rex ſuper duces ibidem conſtitutus.

Hoc 901. anno S. Grimbaldus Wintoniæ obiit.

Ethelwoldus cum Danis anno 4. Edwardi venit navigio in Eſtſex, & inde Merciam uſque ad Crecanford, quod eſt Crikelade, invadit, cuncta conſumens, & pertranſito Thamiſe cepit Brithendene, & uſque ad Braudeſtoke terram ſpoliavit, & ad Eſtangl: cum gaudio reverſus eſt. Pag. 241.

Edwardus anno 5. reg: ſui inducias cum Eſtanglis & Northumbr: apud [c] Ichenford ſtatuit atque fecit.

Anno 6. reg: ſui Dani deprædantes Merciam ab Edwardi exercitu in campo Wilmesford glorioſe victi. Ubi ex Danis ceciderunt rex Alfdene, rex Eolwolpf, & Uther conſul, & Owlfholde, & Beneſinghold, & Offerd, & Ahemundhold, & Gutferhold, & alius Gutferd, cum multis Danorum millibus.

Gulielmus dux Burgund: fundavit monaſter: Cluniacenſe, ubi Odo 1. abbas & S. Maiolus 3$^{us}$.

Mealdune in Eſtſax conſtructum ab Edwardo rege.

[a] *Sic.* [b] *Redundat.* [c] *Sic.*

Nono

Nono anno [a] Edwardi Ethelrede dux Merc: & Elfleda tranſtulerunt oſſa S. Oſwaldi à Bardeney ad urbem Gloverniæ, ubi in honorem ejuſdem S. Monaſter: conſtruxerunt.

Anno 10°. Edwardi Dani exierunt per Northampton & Leyrceſter, & cædem mag: Anglorum apud Hochmerton, & ibi circum in comitatu Oxon: fecerunt.

Anno regis Eduardi 16. Elfleda Merc: domina monaſterium & burgum de Brunneſburge conſtruxit.

Edwardus anno reg: ſui 17. condidit Touceſter & Wiggemore.

Dani eodem anno munitionem fecerunt apud Hemmeſford in Eſtanglia.

Anno Edwardi 18. Elfleda condidit burgum de Edeſbyri &
Warewik
Wirengwike, & Cyrebury, & Wardeburigh, & Runcouen.

Anno 22. Edward: Elfleda Walliam intravit, & apud Brekheynok prædas egit.

Anno D. 924. Dunſtanus natus in pago Glaſconienſi. Pag. 242.

Athelſtanus Hoëlum regem Britonum in deditionem recepit, ac, ſecundum quoſdam, tributarium fecit, de quo xx. *li.* auri, & 300. *li.* argenti, & quinque millia beſtiarum ſingulis annis percepit.

Anno 15. Athelſtani Dani victi apud Brunneburgh max: prœlio.

Monetæ deſignatæ apud Haſtingceſtre & Lewes tempore Ethelſtani.

Edmundus rex, ut quidam volunt, primus Weſtſax: regum regnum Northumbr: in dominio proprio poſſidebat.

Edmundus rex interfectus in villa de Pulchrechirche.

Edmundus rex cum ſuis ſapientibus leges inſtituit apud Culingtonam.

---

* Noverca regi[c] Edwardi Martyris interfecto eo fuit ad Bere quandam manſionem decem millibus paſſuum inde diſtantem.

Cair Paladur, nunc Sceaſteſbyri, à Caſſibalano ædificata.

Noverca S. Eduardi monaſter: de Sceaſtesbyri auxit.

Ægleſtoūn, alias Hoxtoun,

Corpus S. Edmundi de London tranſlatum Bederichworth.

Concilium apud Wodeſtoc tempore Ethelredi regis, ubi & leges editæ.

Alfredus oculis apud Gillingham privatur.

Edwardus confeſſor dedit Odoni cuidam comit: Somerſet, Dorſet, & Devoniæ,

Anno Gul. 1[i]. 14. comes Salapiæ Warinus conſtrux: cœnob: Petri & Pauli in Suburb: Salapiæ, & aliud ad Wenloc.

[a] Edwardo *MS.*

[Rogerus

Pag. 243. [Rogerus de Breſmo co. Salop & Adeliza uxor ſua eccleſiam S. Magdalenæ ædificarunt in Quatford in com: Salop: à Brugenorth per unum milliare, ex voto per uxorem in periculo naufragii facto, quam poſtea contulit ſuæ capellæ collegiatæ in caſtro de Brugenorth, ubi decanus & quinque Præbendarii.]

Pag. 244. vacat.

Pag. 245. *Ex libello de vita S. Edmundi regis Eſtanglorum, & origine ac rebus geſtis monaſterii Sancti Edmundi.*

S. Alcmundus rex Saxoniæ & Siuara genuit S. Edwoldum confeſſorem & anachoritam, cujus oſſa ſepulta ſunt in momaſter: de Cerne.

[a] Idem ſecundo genuerunt Edmundum, qui anno Di. 841. natus eſt apud Norembregis in Saxonia, & poſtea orientalibus Anglis præfuit.

[b] Idem tertio genuerunt Elbertum, qui in Cormin civitate Holandiæ tranſmarinæ in quodam cœnobio monach: Benedict: ſepultus eſt.

Offa rex Anglorum carens herede per Saxoniam terram ſanctam petiit, ubi Edmundum ſecundo genitum Alcmundi regis in heredem ſibi elegit.

Offa rex inter redeundum ab Hieroſoly: in loco, qui brachium S. Georgii dicitur, obiit tranſmiſſo ad Edmundum annulo ſuo.

☞ Edmundus accerſitus applicuit in Hunſtantune portu Angliæ.

Edmundus per annum integrum manſit apud Attilburgh civitatem antiquam.

Deinde ductus eſt in Southfolciam, & in villa de Burys* ab Hunberto Elmanenſi epiſcopo in regem coronatus eſt anno ætatis ſuæ 15. completo, Anno D. 856.

* Burys, ut ego arbitror, Sudbyri, vel villa paulo inferius, qua rivus defluit.

Inguar & Hubba pagani à patre Lothbrigo rege Danorum animati in pernitiem Edmundi regis.

Lothbricus rex tempeſtate jactatus applicuit invitus in Redeham villa Northfolciæ, qui poſtea in aucupio familiaris factus Edmund à quodam regis Edmundi aucupe Bern Bocarde interfectus eſt.

Berne in vindictam ab Edmundo eidem naviculæ qua venerat in Angl. Lothbroc commiſſus eſt, à quo didicerunt Lothbroc juſſu Edmundi crudeliter fuiſſe interfectum.

& reg: Edmundi 10°.

Berno duce anno D. 865. venerunt Inguar & Ubba, comitantibus etiam regibus paganis Halfden, Oſkitel, Bagſeg, Haſten, Eovils, Hamund. & Guthrun cum 20. mil. armatorum in Angliam ad portum Twedæ &c.

a Sic. b Sic.

Tandem

Tandem poſt multas deprædationes ad Orientales Anglos perveneruntt, ubi de exercitu S. Edmundi & comprovintialibus raptis equis facti ſunt equeſtres. Multi tamen ex Danis palantibus ab exercitu Edmundi interfecti ſunt. Pag. 246.

Narrat vulgus Danos obſidentes quoddam caſtrum Edmund. in quo Angli fame laborabant, eluſos fuiſſe [a] inditio tauri, quem Angli, aperta porta, ad hoſtes ire permiſerunt: quo exenterato & cognito quod frumento paſtus eſſet ſolverunt obſidionem.

Sed abeuntes à tergo inſecutus eſt Edmundus, & non paucos ex eis interfecit.

Edmundus alio, ut refert vulgus, tempore à Danis in ſylva circundatus, beneficio vadi, quod modo Berneford dicitur, evaſit.

Refert & hoc vulgus, quod Dani, deſperantes ſe poſſe capere quoddam forte caſtrum Edmundi, à quodam ſene Saxonio edocti ubi murus infirmus eſſet irruperunt in caſtrum, quo tempore Edmundus eques porta erupit, & rogatus à Danis ubi rex eſſet, hoc reſponſo Danos eluſit: " Quo ego tem-" pore in caſtro fui, adfuit ibi Edmundus.". Deinde Dani eum diſquirentes ab exercitu Edmundi non ſine clade intercepti ſunt.

*Ex chronicis Ely monaſter.*

6

Sexto anno adventus Danorum, [b] hoc" 15. reg: Edmundi, repetunt Eſtangliam flammis deſtruentes monaſteria de Cruland, Burgo Petri, Remeſey, Seham & Ely.

* *Waregforth.* ¶

Cum max: partes ab occidentali ad aquilonem depopulando peragraſſent, relicto Ubba ad ſarcinas cum ſpoliis innocentum, Inguar cum multitudine armatorum ad Eſtangliam perveniens apud [c] quendam civitatem S. Edmundi Thetfordiam nomine caſtra metatus eſt.

*Abbo Floriacenſis.*

Quam latenter ingrediens ignibus cremandam dedit, pueros ſenes cum junioribus obviam factos jugulat, & matronalem, ſeu virginalem, pudicitiam ludibrio tradendam mandat.

*Chronicon Weſtmonaſter:* Pag. 247.

Audiens autem quod rex eorum apud Egleſdune eo tempore moram faceret, miſit ad eum ut idolis ſacrificaret, & theſauros ſub ſe regnaturus divideret. Quo audito, S. Edmundus cum exercitu proceſſit, & cum hoſtibus non

[a] *Sic.* [b] *F.* hoc eſt. [c] *F.* quandam.

longe

longe à Thetford conflixit gravi prœlio à mane uſque ad veſperam, dirimente ſe utroque exercitu. Tunc Edmundus, pertæſus tanti ſanguinis effuſi, cum reliquiis exercitus Egleſdune repetit.

Inguar igitur cum de ſtrage anxiaretur, ſupervenit Ubba ad Thetford cum decem armatorum millibus, & ſic junctis viribus ad Egleſdune venientes S. Edmundum martyrizaverunt anno D. 870. anno ætatis ſuæ 29. & reg: 15°. duodecimo Cal: Decembr.

Sepultus fuit in loco quo occubuit, & jacuit ibidem 33. annis.

Tunc multis per eum factis miraculis, multitudo populi non ſolum vulgi, ſed nobilium conſtruxit in villa de Bedriceſworth permax: ligneo tabulatu baſilicam, ad quam corpus Edmundi incorruptum tranſlatum eſt per clerum & pontificem.

*Teſtes corporis S. Edmundi incorrupti.*

Oſwenne devota femina prima vice vidit ejus incorruptum corpus apud Bedericheworth.

Secunda vice Egelwinus monachus præpoſitus ſepulchri S. Edmundi 30. annis tempore clericorum.

Tertia per S. Theodredum epiſcopum & Diœceſanum.

Quarta per abbatem Leofſtanum.

Quinta per abbatem Baldewinum, qui corpus S. Edmundi à capella rotunda in novum baſilicam ab eo [a] conſtruxtam tranſtulit, ubi hodie requieſcit.

Sexta per abbatem Sampſonem. Hic invenit unum [b] changelum de auro opt: fabricatum cubiti longitudine jacentem ſupra pectus martyris, & dextera gladium habentem, ſiniſtra vero ſcriptum ſic dicens,

*Martyris ecce [c] Zoma Michaëlis ſervat agalma.*

Septima comes quidam Leofſtanus.

Chronica aurea. Chronicon Jocelini.

Pag. 248. Circa annum D. 925. & 2. reg. Ethelſtani, quidam clerici numero 7. vel 8. cœperunt ſervire deo & S. Edmundo tanquam patrono.

Proceſſu temporis creverunt ad numerum 20. viventes de præbendis ſuis & oblationibus.

Edmundus rex, filius Edwardi primi, & pater Edgari regis, dedit S. Edmundo & clericis villam de Bedericeſworth anno D. 945. & anno ante introductionem ibi monachorum 76.

Idem rex Edmundus dedit S. Edmundo Fornham minorem.

Circa hoc tempus fuit Theodredus Elmanenſis epiſcopus, & poſtea Londonienſis.

[a] *Sic.* [b] *Sic.* [c] *Sic.*

Anno

Anno regis Ethelredi 7°. deſcripta fuit vita & paſſio S. Edmundi ad inſtantiam ejus & S. Dunſtani ab Abbone monacho Floriacenſi Rameſiæ tunc commorante.

Circiter 30. annum Ethelredi regis anno D. 1010. S. Edmundus propter infeſtationem Turchilli comitis Danorum Londoniam ab Ailwino monacho tranſlatus eſt. Sed 3. ánno ad Bedericheſworth eſt reverſus.

Languidus quidam apud Stapleford hoſpitio recepit corpus S. Edmundi in redeundo de Londoniis, & pro ſanitate recepta dedit S. Edmundo manerium ſuum de Stapleford.

Ailwinus monachus à Diœceſano propter inſolentiam & irregularitatem clericorum deputatus fuit ad cuſtodiam corporis S. Edmundi, cui officio præfuit annis 30. ante ingreſſum monachorum.

Anno D[i]. 1014. Swenus rex Angl: ab Ailwino monacho admonitus eſt ne à populo S. Edmundi, hoc eſt, de Northfolk & Southfolk, tributum exigeret.

Sed Swenus eum non exoravit.

Nocte Purificat: S. Mariæ S. Edmundus Swenum regem apud Gaineſburg lancea ſua interfecit.

Northfolcenſes & Suthfolcenſes, audito miraculo & nece Sweni regis, dederunt S. Edmundo de qualibet carucata terræ in toto epiſcopatu quatuor denarios annuos: quod uſque modo ea de cauſſa caruagium eſt appellatum; quodque poſtea tempore monachorum per Herebertum epiſcopum Norwicen: fraudulenter ab eccl: S. Edmundi eſt alienatum, & eccleſ: Norwicenſi appropriatum. Pag. 249.

Anno D. 1020. & à paſſ: S. Edmundi 210. rex Canutus, filius Sweni regis, anno reg: ſui 4. ad inſtantiam Ailwini [a] præſul Elmanenſis, ejectis clericis monachos apud S. Edmundum induxit, & libertatem, quam rex Edmundus, pater Edgari, clericis contulerat, monachis confirmavit.

Idem epiſcopus dedit omne jus ſuum & juriſdictionem intra idem oppidum & in circuitu ejus per ambitum unius ſtadii.

Idem epiſcopus, deſtructa antiqua eccl: clericorum, cœpit conſtruere novam ſumptibus ſuis propriis una cum prædicto cornagio & oblatione proveniente: quam archiepiſcopus Ethelnotus anno 11°. ſequente perfectam dedicavit in honore Chriſti, S. Mariæ, & S. Edmundi, anno D. 1032.

*Donationes.*

Edmundus rex, pater Edgari regis, dedit S. Edmundo villam de Beodriceſworth.

Theodredus primo Elmanenſis, deinde London: epiſcopus dedit Newtun, Whepſted, & partem ſuam in Horningeſherth, Ikeworth, quod monachi commutavere pro Eluedene cum

[a] *Sic.*

cum quodam milite, & unam partem de Bertun Mag: & Suthereie.

Edwinus rex, frater Edgari regis, dedit Becles, & Elmeſwel cum libertatibus & feodis militum, & fere omnes terras quarum incertus collator.

Stephanus rex confir: Donat: villæ de Becles, & quicquid habuit in dominio ejuſdem villæ, exceptis placitis coronæ.

Wulſtanus comes & Turketel dederunt Palgrave.

Alfgarus comes & Ailfleda ejus filia dederunt Cokefeld & Chelmeſworth.

Pag. 250. Ulfketel comes Eſtangliæ dedit Hildercle, Redgrave, Rigen-
les
* gale, Wulfpitte, Rougham, & partem de Bradfeld, [a] Falſham, & Hegſete.

Alfricus 2. epiſcopus Elmanenſis dedit aliam partem.

D^s. de Stapilford languidus, qui corpus S. Edmundi rediens à Londoniis hoſpitio accepit, dedit Stapleford manerium ſuum pro recepta ſanitate.

Alfricus epiſcopus Eſtanglorum dedit Wirlingwurth, Hunſtantune cum Holm, Tichewelle, Dockinge, Germeſtune, & manſionem in Norwico ubi modo eccl: S. Laurentii, quæ reddit annuatim unum laſt de Heringes.

Alius Alfricus epiſcopus Eſtanglorum dedit Saham, Thorp, Rungetun, Southwold, & partem ſuam in Bradefeld & Weſtelee.

alias Drenig Wrod
Turketel Tireing inclytus dedit Culford, Wordewelle, & Ixeworth cum eccleſia.

¶ Ailmerus epiſcopus Eſtangl: dedit Langham, Swantun, & 60. marcas argenti.

Vir ſtrenuus Henig Thurſtanus filius Wine dedit Herlaw & Northale.

Alfricus filius Witgari comes famoſus dedit Meleford.

Siwardus monachus manerium de Titeſhale à parentibus ſuis acquiſivit, & S. Edmundo dedit.

Edwinus quidam dives dedit ſecundam partem de Bertun mag:

Brithricus dedit 3. partem. Poſtea acquiſivit Manlunge. Swartingſone dedit Chebenhale.

Prior Edmundus Brundich reliquum ibi perquiſivit.

Alfricus Kenep dedit Warbenaſe.

Wulfricus quidam dives dedit Heringeſwelle.

Alnothus præpoſitus S. Edwardi dedit majorem Fornham.

Odo & . . . . . ſua dederunt Hauſted.

h *Sic, cum aſteriſco in margine.*

Matildis regina dedit Werketun.

Quædam matrona inclyta dedit Semere. Pag. 251.

Quædam matrona dedit Lacford.

Edricus Prior acquiſivit Hemgrave.

c

Reginaldus Stancelere de Naſez dedit Lidgate.

Robertus Hoo dedit Parvam Bertun.

Matthæus de Praiers & Hugo filius Pinceon dederunt Wainflete cum Nundinis in Feſto S. Petri ad vincula.

Hildredus dedit terram in Karloul 20. ſolidorum per annum.

Robertus le de Manaunt dedit partem de Horningeſherth. 3ª. pars fuit de Scotagio.

Alfgiva regina, mater S. Eduardi confeſſ. dedit Kirkeby.

Godricus Chark cum filio ſuo dedit partem ſuam in Newtun.

Elfleda famoſa virago dedit Moringthorp.

Stephanus comes Britanniæ dedit terras in Cambrige pro anima Alani fratris ſui comitis Britann: qui jacet ad oſtium auſtrale in eccl: S. Edmundi coram altare S. Nicolai.

Henricus comes Lincoln: dedit feretro S. Edmundi tres cruces aureas & carbunculum. Dedit etiam cupam argent: deauratam, quam adfirmabat fuiſſe S. Edmundi.

Dedit etiam partim, & partim vendidit, manerium de Bradenham.

Gulielmus 1ˢ. rex Angl: dedit Broke cum append:

Alfridus 2. epiſcopus Elmanenſis dedit partem ſuam in Brokford. un

Leofgiva nobilis matrona dedit Blumham.

Oſulphus le Syr & Domina Laverina . . . . . . ejus dederunt Briſingham. Hul

Turketel Hayng dedit S. Edmundo & S. Benedicto de Ulmo in communi Caſtre & Thorp.

S. Edwardus confeſſ: confirmavit Donationem de Caſtre. Idem dedit Congeſtun.

Baldewinus, abbas S. Edmundi, impetravit à rege Gul: 1º Cheventun.

Henricus 1ˢ. dedit terras in Cantabrige. Pag. 252.

Din

Galfridus ſacriſta emit partem de Dunham de Illano filio Frodonis. Baldewinus abbas partem aliam impetravit.

Lanerd Edwinus dedit Eſkerſthorp, & poſt aliud Thorp, ſ. poſt mortem Wulfrici & Ketel Alder: etc.

Wulgeat Barun dedit Fakenham.

Leofgiva nobilis matrona dedit Griſtlingthorp.

Wulgeat Barun nothus dedit Giſlingham.

Leofſtanus dapifer Leofſtani abbatis, & Stauardus ejus cognatus dederunt Grenefeld.

Wulwardus de Haſtinges dedit terras in Gernemuta.

Leofgiva matrona dedit Hinleſham.

¶ Almerus epiſcopus dedit Hyndringham & Hildolveſton.

Stephanus rex dedit Herwik.

Walterus filius Roberti dedit 2°. molendina apud Hemenhaſe.

Ælfricus Modercoppe nobilis heros cum licentia S. Edwardi dedit Lodne.

S. Edwardus confeſſ: dedit Mildenhale cum 8. hundredis & dim.

Stephanus rex dedit Munhale.

Leyland.

Quære plura de monaſter: S. Edmundi 3°. folio ſubſequenti.

Pag. 253. *Ex 3°. cap°. 1i. libr. hiſtoriæ Gulielmi Parvi Canonici Novoburgenſis.*

Gerardo Ebor: epiſcopo defuncto ſucceſſit Thomas [a] ſecundo, ætate quidem juvenis, ſed gravitate & ſinceritate morum prædeceſſori ſuo valde diſſimilis. Idem enim Gerardus homo quidem acutus, & litteratus fuiſſe dinoſcitur; ſed vita lubricus, in emungendis per indecoras etiam occaſiones ſubditorum marſupiis callidus &c. Apud Sowthwellam cum pranſus in horto juxta cubiculum clericis prope ſpatiantibus ſuper cervical ſub divo quieſceret letali ſopore diriguit. Corpus raro agmine Ebor: delatum extra eccleſiam ſine honore ſepultum.

*Ex cap°. 3.*

Verba Thomæ Ebor. epiſcopi morituri quia recuſabat concubitum mulieris.

" Propter ſalutem carnis tandem morituræ immortale pudi-
" citiæ decus non omittam."

*Ex cap°. 4°.*

Rex Henricus 1s. genuit ex Matilde Gul. filium & Matildem.

Mortua Matilda, rex, procreandorum liberorum cauſſa, filiam ducis Lotharingiæ duxit in uxorem, de qua tamen liberos non ſuſcepit.

Adala, filia Gul. conqueſtoris, nupſit Stephano majori comiti Bleſenſi, & ſuſcepit ex ea liberos 4. Quo nimirum in partibus orientis defuncto, mater Mirabilis, primogenito, quod remiſſioris ingenii eſſet, & tanquam degener videretur, prudenter amoto, Theobaldum filium, in quo ſibi bene complacuit, ad plenitudinem hereditatis provexit; 3. Stephanum adhuc impuberem regi avunculo nutriendum promovendum-

[a] *Sic, cum duob. punctis ſub* o. Secundus *impreſſ.*

que

que direxit; 4. vero Henricum, ne ſoli ſeculo genuiſſe videretur, apud Cluniacum tonſoravit.

Proceſſu temporis rex Henricus unicam comitis Bononienſis filiam, ad quam tota ſpectabat hereditas, nepoti Stephano copulabat, in Anglia quoque complurima elargiens. Fratri autem Henrico Cluniacen: monacho dedit abbatiam Glaſconienſem, & poſtmodum adjecit epiſcopatum Winton: Pag. 254.

*Ex 5. cap°.*

David rex Scottorum ab exercitu Stephani fugatus.

Balduinus de Redueriis, qui rebellabat Stephano, victus & in exilium actus.

Theobaldus abbas Beccenſis fit epiſcopus Cantuar.

*E cap°.* 10.

Stephanus rex Gaufredum de Magna villa in curia ſua apud S. Albanum dolo cepit.

Gaufredus arcem London: & 2. caſtella detinuit.

Gaufredus caſtellis & fortunis à Stephano ſpoliatus Rameſienſe invaſit monaſterium. Caſtellum poſtea hoſtile oppugnans viliſſ: peditis ſagitta percuſſus interiit.

*Ex cap°.* 11.

Robertus Marmion invaſit Coventrenſem eccleſiam.

Gulielmus Albemarle invaſit canonicos de Bridlington, ſed poſtea conſtructione monaſteriorum pœnitentiam egit.

*Cap°.* 18.

Eudonis de Stella, nat: Britonis, pſeudoprophetæ hiſtoria & præſtigiæ explicantur. Ego ſum Ewin, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſeculum per ignem.

*Ex cap°.* 31.

Veniens autem Stephanus rex in Ebor: provintiam, quendam Philippum de Colevilla, qui munitionem ſuam apud Drax incendere, vel incendendam tradere videbatur, invenit rebellem, fretum videlicet ejuſdem munitionis firmitate, & commilitonum ſuorum ingentibus animis, & copioſo ciborum armorumque apparatu. Rex vero ex proximis provintiis exercitu convocato munitionem, objectu amnium, ſylvarum, atque paludum fere inacceſſibilem, obſidione concluſit, & fortiter expugnatam in brevi obtinuit. Drax caſtellum. Pag. 255.

*Ex 4. cap°. 2ⁱ. libr:*

Euſtachius filius Joannis, & Robertus de Curcy, nobiliſſ: viri, ab Wallenſibus interfecti. Ita ut Henricus Eſtſaxenſis, vir inter primos inclytus, & jure hereditario ſignifer regius, vexillo regio, cujus conſpectu exercitus animandus erat, abjecto, fugæ ſe crederet, atque occurrentibus regem extinctum procla-

proclamaret, &c. ut poſtea de hac fuga à nobili vocatus ſit in duellum & victus; ſed clementia Principis, perdita ampla hereditate, vita donatus, & monachus Radingiæ factus.

*Ex cap°. 6.*

Galfredus comes Andegavenſis genuit ex Matilde imperatrice 3. liberos, Henricam, Gaufredum, & Gulielmum.

*Ex cap°. 9.*

Comes Pictavenſis & dux Andegavenſis addixit Toloſam comiti S. Ægidii. Erat enim nepos, & poſt eum filius ejus, qui reliquit filiam, quæ nupſit Ludovico Francorum regi. Is autem repetebat Toloſam. Sed facto repudio, cum Henrico nupſiſſet Angl: regi, Anglus Toloſam petiit.

*Ex cap°. 13.*

Gerardus una cum 30. ſuæ ſectæ hereticis è Germania venit in Angl: & Oxonii in conſilio damnatus, & virgis cæſus, nudus hyeme frigori expoſitus una cum ſuis periit.

*Ex cap°. 15.*

Contigit autem Conanum comitem Richemundenſem, qui majori parti Britanniæ dominabatur, in fata concedere, relicta
Pag. 256. ex ſorore regis Scottorum herede unica filia, quam Henricus rex innubilem Gaufredo impuberi filio copulavit.

*Ex 17 cap°.*

Mortuo Roberto, qui Alexandro epiſcopo Lincoln: ſucceſſit, vacavit ſedes fere decem & 7. annis.

Gaufridus filius Henrici 2. electus in epiſcopum Lincoln: qui poſtea jus ſuum patri reſignavit.

*Ex cap°. 21.*

Mortuo Thoma Cantuar: epiſcopo ſucceſſit Richardus Prior Dovorenſis.

*Ex cap°. 25.*

Comes Leirceſtrenſis opera Hugonis Bigot deprædavit Norwiche.

Cumque eodem autore atque incentore inſignem vicum maritimum, variis opibus refertum, qui dicitur Donewiche ſimiliter irrupturus accederet, habitatorum, qui ſe ad excipiendum hoſtilem impetum conſtanter [a] properabant, & nihil adverſus hujuſmodi audendum ratus, vacuus receſſit.

*Ex cap°. 27.*

Rogerus Moubray tenebat caſtellum de Treſk, & dederat jam pridem ſuum filium primogenitum obſidem Scotorum regi.

[a] *L. ex impreſſ.* præparabant, fiducia territus, & nihil *&c.*

*Ex cap°. 29.*

Rogerus Moubray capto rege Scotorum refugit in Scotiam.

*Ex cap°. 33.*

Qui omnes in eccleſ: apoſtolorum Petri & Pauli Ebor: regi Angl: tanquam princip: domino, hominium cum ligiantia, i. e. ſolenni cautione ſtandi cum eo contra omnes homines, rege proprio præcipiente, fecerunt. Scotti Anglum ſuperiorum agnoſcunt.

*Quære reliqua, ſ. folio ſequenti hoc ſigno.* ☞

*Ex 7. cap°. 3. libri Novoburgenſis.* Pag. 257.

Ex chronico Gul: Parvi Novoburgenſis.

Richardus Cantuar: archiepiſcopus, venerabilis Thomæ ſncceſſor, deceſſit: homo quidem mediocriter literatus, ſed laudabiliter innoxius, & ne ambularet in magnis modulo ſuo prudenter contentus. ☜

Gualterus Conſtantienſis ipſo anno factus eſt eccleſiæ Lincoln: epiſcopus cum vacaſſet fere 17. annis, ſicque evacuata eſt divinatio Converſi Tamenſis.

Converſus Tamenſis pſeudopropheta, qui dignitatem epiſcopalem Lincoln: eccleſiæ periiſſe pronuntiabat.

*Ex 3. cap°. 4. libr:*

Indulta enim à Richardo rege Joanni fratri ſuo tetrarchia fecit eum ambire monarchiam: unde & factus eſt de cetero fratri infidus, & ad ultimum manifeſte infeſtus.

*Ex 4. cap°.*

Erat autem ibidem adhuc regni procurator, qui fuerat tempore regis prioris, Ranulphus de Glanvilla, homo præclaræ prudentiæ. Qui cum eſſet grandævus, & videret à rege novitio multa minus conſulte & improvide actitari, hujus officii onere expediri voluit, [a] ut" ad Hierſolymitanam profectionem (nam ſignum Domini ſub rege Henrico ſuſceperat) commodius præpararet.

*Ex cap°. 5.*

Rex Richardus reſignavit caſtra de Rokeſborow & Berwik, accepta à Scoto pecunia (decem millibus marc:) Nam tertium quod dicitur puellarum caſtellum ſub rege Henr: receperat, cum conjugem ejus voluntate & conſilio de partibus acciperet tranſmarinis.

*Cap. 8.*

Eſt de Judæis apud Stanford ſpoliatis.

*Cap. 9.*

Eſt de Judæis Lincoln: ſpoliatis.

*Cap. 10.*

Eſt de Judæis Eboraci ſpoliatis.

*Cap. 11.*

De ira Richardi regis ob Judæos interfectos.

[a] Et *MS.*

*Cap.*

*Cap.* 14.

Eſt de inſolentia epiſcopi Elienſis Cancellar: Angl:

Pag. 258. Faſtus epiſcopi Elienſis. Denique ipſum illo tempore in Anglia pluſquam regem experti ſunt laïci, & plus quam ſummum pontificem clerici: utrique vero tyrannum: ſolis complicibus & cooperatoribus ſuis innoxius, ceteris indifferenter non tantum pecuniarum ambitu, verum & dominandi voluptate erat infeſtus. Faſtus ejus fere in omnibus plus quam regius erat.

*Ex cap.* 16.

Gerardus de Canvilla, vir dives & nobilis, ſumma non modica emerat à rege caſtelli Lincolnienſis cuſtodiam, quæ uxori ejus jure hereditario competere videbatur, nec non & adjacentis provintiæ præſidatum &c. ut epiſcopus Elienſis utroque voluiſſet Gerardum ſpoliaſſe, niſi Joannes frater regis obſtitiſſet, utque obſeſſo caſtello confuſus receſſerit Elienſis.

*Cap.* 17.

Eſt de captione epiſcopi Ebor: & expulſione epiſcopi Elienſis.

*Ex 5 cap°. 5. libri.*

Hugo quoque Novantinus, Ceſtrenſis epiſcopus, vir inconſtans in omnibus viis ſuis, qui à facie regis Anglorum, pungente mala conſcientia, in Franc: fugerat, regem non modica ſumma placavit, & epiſcopatu ſuo recepto, regiis magis negotiis, quam ſolicitudinis paſtoralis officiis, de cetero inſervire curavit.

*Cap.* 10.

Tantum continet vitam Henrici epiſcopi Dunolmenſis, viri mediocriter literati, ſed avari & ſuperbi.

Obiit anno ſacerdotii ſui 42.

In reditu Richardi ſpoliatus eſt dignitate comit: Northumbr: quam ante magno emerat. Dum ad huc archid: Ebor: eſſet, genuit ex diverſis matribus 3. ſpurios.

Primogenitus ſecutus eſt militiam ſecularem.

Secundus fuit archid: Dunolmenſis.

Tertius cancellarius regis Franciæ.

Pag. 259, 260. vacant.

Pag. 261. *Thinges excerptid owte of an old Engliſch boke yn Ryme of the Geſtes of Guarine, and his Sunnes.*

William Conqueror toke counſel of Corbet and Mortimer for ſtrenkething of his Marches aboute the Quarters of Shropſhire agayn the Walchmen.

The Burge of Shrobbeſbyri was committed to the cure of Roger de Beleſme, where he made a Caſtel.

Al-

o u
Alburbyri and Alleſton was committid to Guarine de Mees.

Alane Fleilſone had gyven to hym Oſwaldeſtre.

Payne Peverel that lovid welle hunting had Whitington with al the Lordſhip.

Hoc anno obiit Robertus Stretton Conventr: & Lichefeld: epiſcopus in manerio ſuo de Heywoode. Cui ſucceſſit Mr. Walterus Shirlaw, decretorum doctor, & ſecreti ſigilli regis bajulus, qui non multo poſt mortuo Joan: de Harewel epiſcopo Bathon: per papam Urbanum ad ſedem Bathon: tranſlatus eſt. Et Richardus le Scrope, legum doctor, & papæ protonotarius, ab eodem Urbano ad Lichefeld eſt conſecratus.

Thomas Molyneux conſtabularius Ceſtriæ.

Conflictus juxta Berford prope Bablake. ☞ Equitatio de Radecote Brige.

Lelandus.

Liber hic annalium incipiens ab origine rerum Britannicarum finem accepit cum anno D. 1383. Sequebantur res geſtæ aliquot annorum in eodem exemplari, ſed rudiori & recentiori litera ſcriptæ.

Joannes Fordham epiſcopus Dunelmenſis, & Joan: Ruſſhok regis confeſſor, frater Præd: & epiſcopus Ciceſtr: expulſi mœrente rege à curia.

Joannes Beauchampe de Holt, regis Seneſc: ab antiquo fallax tam D°. Eduardo de Wyndeſor regi quam filio ſuo Leonello duci Clarentiæ, Parlamenti decreto tractus & ſuſpenſus eſt. Pag. 298.

Joannes Blake ſcutifer ſuſpenſus, qui ſteterat contra Barones in Parlamento de Notingham.

Scotti poſuerunt caſtra prope Novum caſtellum. In qua villa Henricus Percy junior & Radulphus frater ejus milites erant. Henricus Percy opp: egreſſus captus eſt à Scottis, ſed edita ante ingenti Scottorum cæde.

Papa tranſtulit Joannem Fordham epiſcopum Dunelmen: ad Elienſem ſedem, & Walterum Shirlaw de Bathon. ad Dunelmen: Radulphum Ergon de Sarum ad Bath, & Waltham clericum de privato ſigillo per proviſionem contulit Sareſbiry.

Thomas Brompton epiſcopus Roſenſis obiit. Electus eſt pro eo Joan: de Barnet. Sed Papa caſſata electione contulit epiſcopatum Joan: Botteleſham de ord: Præd: qui fuit epiſcopus Landavenſis, & Edmundo Bromefeld [a] amicis ejus epiſcopatum Landavenſem.

*De coronatione Richardi 2i. Decerpta ex libro Garterii regis armorum.* Pag. 299.

Joannes rex Caſtellæ & Legionis dux Lancaſtriæ coram D°. rege Richardo & conſilio ſuo comparens clamavit ut comes Leyrceſtriæ offic: Seneſcalciæ Angl: & ut dux Lancaſtr: ad gerendum principalem gladium Di. Regis, vocatum Curtana, die Coronat: ejuſdem. Et ut comes Lincoln: ad ſcindendum & ſecandum coram rege ſedente ad menſam die Coronat: Et hæc clamabat jure Blanchiæ, quondam uxoris ſuæ.

[a] *Sic.*

Hic

Hic Joannes primum propriis manibus gerebat gladium coram rege: deinde eum tradidit Henrico filio ſuo comiti de Derby, ut officium exerceret dum ille Seneſcalciæ vacaret.

Hugo comes Stafford officium ſcindendi coram rege pro eo curabat.

Die Jovis prox: ante Coronat: dictus Joan: de Gaunt ſedebat tanquam ſeneſcallus in alba aula Weſtmonaſter: ad audienda clamea, billas, & petitiones de officiis jure eis debitis in Coronat: Regis.

Thomas de Wodeſtok avunculus Regis clamabat officium Conſtabularii per unam filiarum & heredum Humfredi de Bohun, comitis Hereford: & Conſtabularii Angl: &c. ut officium adimplevit.

Margareta, filia & heres Thomæ Brothertoni, Counte de Northfolk, & Mareſcal de Angle terre, petebat officium Mareſcalli, quemadmodum Gilbertus Mareſcallus, comes Striguliæ, faciebat Coronat: Henr: ſecundi, & ut vias, per quas rex incederet, evacuaret, & à tumultu ſervaret, turbas repelleret, oſtia ſervaret, & ut de unoquoque comite & barone, qui eo die miles fieret, equum & ſellam acciperet. Sed quia jus Margaretæ tam brevi diſcuti non potuit, officium ſalvo ejus jure Henrico de Percy aſſignatum eſt.

Pag. 300. Robertus de Ver comes Oxon: clamavit officium camerarii & aquarii, & adimplevit, quamvis eſſet infra ætatem, petens baſinas & linthea, & de jure recipiens.

Joannes Wilteſhire, civis London, ratione medietatis manerii de Heydon petebat, ut teneret manutergium cum rex lavaret ante prandium. Edmundus comes Cantebrigiæ tenuit pro ſervitio Joan: Wilteſhire London:

Le moite de manoir ia dis fuſt en la ſaiſon John Picot, que
ir
ſo tient de ſeir Eduarde na gaues Roy dengleterre.

Thomas de Bellocampo comes Warwik petebat officium geſtandi tertium gladium coram rege, & officium panetriæ, ratione manerii de Kibworth com: Leic: pro quo haberet ſalinum, cultellos, & coclearia poſita ante regem die Coronat: & habuit.

Joannes de Argenthein petebat per manerium de Wymondeley in Comit: Hertford: ut portaret cyphum regis. Et habuit album argenteum calicem pro offic: ſuo.

Gul: de Furnival petebat per manerium de Farneham & hamelet de Cere ut ſuſtentaret brachium dex: regis cum virgam auream manu teneret. Et hic Gul: paulo ante miles à rege apud Kenington factus offic: fecit.

Haſ
Anna, uxor Joan: Hatinges nuper comitis Penbrok, petebat

per

per Maner: de Aſſcheley in Northfolk officium naperiæ. Thomas Blount Chevalier fecit officium pro illa.

Joannes, filius Joannis Haſtinges, nuper Comitis Penbrok, petebat ut portaret aurata calcaria Regis. Sed quia infra ætatem erat Edmundus comes March: portavit.

Idem Joan: petebat pro caſtello & villa de Tynby la Graunge de Kingeſwod, le Commote de Croytrache, le Manoir de Chaſtel Martyn, & le Manoir de Tregeir, ut portaret 2. gladium. Richar: comes Arundel petiit idem ratione comit de Surrey, ſed jus adjudicatum Joan: & Edmundus comes Marchiæ portavit gladium pro eo ſimul & calcaria. Pag. 301.

Richardus comes Arundel petiit boteleriæ. Idem petiit Edmundus, filius Edmundi Stapulgate, ratione maner: de Bilſington in Kent. ſed propter brevitatem diſcernendi comes fecit offic: ſalvo jure Edmundi.

Major Londini clamabat offic: pincernæ, & executus eſt, accipiens cupam auream.

Margareta, uxor Joannis Dymmok militis, clamabat per Maner: de Scrinelby aſſertionem pro tuenda hereditate & jure regis ad coronam. Balduinus de Freville miles, competitor ejuſdem officii, ratione manerii de Caſtello Tamworth in Comit: Warwik, quia etiam cognatus, & ex parte heres Lioneiſſæ, filiæ Philippi Marmioun, ad quem ſpectabat caſtellum de Tamworth. Dymmok offic: faciebat ſalvo jure Freville.

Richard Lyons petebat per maner: de Liſt, quod Liſtons ante tenebant, officium de les Wafres, & executus eſt officium.

Barones quinque Portuum clamabant tenere baculos canopei vel veli ſuper regem incedentem, & ut haberent baculos argenteos ratione officii, & ut in convivio ſederent in princip: menſæ ad dex: partem aulæ.

Joannes Fizjohan petebat per maner: de Sculton in Northfolk jure uxoris ſuæ le office de eſtre chief Lardonier.

Nicolaus Hering petebat ratione maner: de Cateſhulle in Surrey le office de eſtre huiſſer de Chaumbre, jure Agnetis uxoris ſuæ.

*Domini facientes homagia in Coronat: Richardi.* Pag. 302.

Joan: dux Lancaſtr: Edmundus comes March: Edmundus comes Cantabrigiæ: Joan: comes Richemont: Richardus comes Arundel: Thomas Beauchamp comes Warwik: Gul: de Ufford comes Southfolk: Hugo comes Stafford: Gul: comes Sarum de Monte acuto: Henricus Percy: Thomas de Ros de Hamelak: Radul: Baſſet de Draiton: Joan: de Neville: Adomarus de S. Amando: Reginaldus Gray de Ruthyn: Jacobus de Audeley de Helegh: Gul: La Zouche de Haringworth: Robertus de Willughby: Rogerus de Scales: Baſſet of Drayton.

Ro-

ſtraigne

Rogerus de Knoking Leſtrange: Joan: Lovel: Joan: la Warren: Gualterus Fizgualter: Gul: de Bardolf: Joan: de Montague: Gilbertus Talbot: Joan: de Buccecourt: Henricus de Gray de Wilton: Joan: de Welington: Philippus Darcy: Thomas de Berkeley: Michael de la Pole: Hugo de la Zouch de Fulbourn: Radulphus de Crumwel: Gul: Botreaux: Richardus Seignior de Somerſet: Radulphus baro de Graiſtok: Gul: de Furnival: Archibaldus de Grelly capitain de la bouch, & Sinebrondus de Courton.

*Comites facti die Coronat: Richardi 2ⁱ.*

Priuſquam ſerviebatur D°. regi de prandio Thomam de Wodeſtok in comitem Bukingamiæ, Henr: de Percy in comitem Northumbr: Joan: de Moubray de Axholme in comitem Notingham, & Guichardum Dangle in comitem Huntingdon honorifice perfecit.

*Milites facti die Coronat: Richardi 2ⁱ.*

Ac Eduardum, filium Edmundi comitis Cantabr: Joan: filium Thomæ Ros de Hamelak, Robertum de Grey de Rotherfeld, Richardum, filium Gilberti Talebot, Gerardum, filium Guarini de Liſle, Michaëlem, filium Michaëlis de la Pole, Richardum de Poyninges, Robertum de Harington, & Thomam de la Mare promovit ad ord: militarem.

Thomas, avunculus regis, Counte de Eſſex & de Bukingham Coneſtable de Angleterre.

Pag. 303, 304. vacant.

Pag. 305. *Ex hiſtoria Gervaſii monachi eccleſiæ Chriſti Cantuariæ incipiente à Bruto, quam ipſemet in Prologo operis pollicetur deducturum ſe in tempora Joannis regis & Huberti archiepiſcopi Cantuar: quorum tempore, ut ego colligo, vixit.*

*Ex Prologo.*

Principale propoſitum ſcribentis eſt, ut, excurſis breviter regum Britonum nominibus & geſtis cum ipſorum regum numero uſque ad Anglorum & Saxonum adventum, & deinde gradatim ad noſtrum regem, ſi deus dederit, perveniam Joannem. Exinde vero, quantum per autentica ſcripta vel virorum fidelium documenta potero attingere, dicam de fundatione prima præfatæ Cantuar: eccleſiæ, & de archiepiſcopis ejuſdem ab Auguſtino, qui primus omnium fuit uſque ad Hubertum, & per quos prædicta crevit eccleſia vel fuerit diminuta. Ut hæc ad eorum notitiam revocem, qui hæc oculis corporis non viderunt. Habiturus ſum enim (ut ſpero) apud poſteros poſt deceſſum amoris & livoris ſi non eloquentiæ titulum, ſaltem induſtriæ teſtimonium. Rogo tamen lectorem

ne pauperculi Gervaſii ſuper hiis vel aliis quæ fecit operibus contemnat ſimplicitatem, vel rugatis naribus dictaminis arguat levitatem, emendandi gratia benigne tamen ponat in margine quod mihi non occurrit ponendum in ordine.

*Ex ipſa Hiſtoria.*

Beda vocat Caſſibellanum Craſſobellanum.

A portu Rutipino, qui nunc eſt Sandwiche.

Gervaſius in recenſendis nominibus regum Britan: Galfredum ſequitur plerumque.

Rutupinus portus, qui nunc Sandewiche.

Octavius, dux Geuuiſſorum, Ro: in Britan: expugnans regnum accepit.

Filia Octavii nupſit Maximiano.

Conſtantinus, frater ducis Aldroëni Norman: ob ſolam ſpem nominis, de Britannia Minori vocatus in regem ſublevatus apud Sileceſtriam. Conſtantinus coronatus Sileceſtriæ.

Germanus & Lupus Trecaſſen: veniunt in Britan: ☞

Germanus ſecundo in Britan: venit cum Severo Treverenſi.

Oſricus & Oſwaldus nepotes Edwini. Pag. 306.

Primus filiorum Woden fuit Venta, à quo proceſſerunt Juti, de quibus originem traxere Cantuarii, Wintonienſes, & hi qui Vectam incolunt inſulam. Septem filii Woden. Viti.

Filius ſecundus Caſere.

Tertius Veotelgeat, à quibus nati ſunt Angli, & ex his prodierunt Orientales Angli, & Mediterranei Angli, Merci, & tota Northumbrorum progenies.

Quartus filius Weagdeag, quintus Bealdeag, ſextus Wilgels, ſeptimus Winta, de quibus orti ſunt Saxones; & de his Saxones Orientales, Occidentales, & Meridiani.

Item alia filiorum Woden diſtinctio.

Venta primus. Ab hoc regum Cantuariorum propago.

Caſere. Ab hoc regum Eſtangl: proſapia.

Weothelgeate. Ab hoc regum Merciorum progenies.

Weagdeag. Ab hoc regum Deirorum genealogia.

Bealdeag & Wilgels. Ab his regum Weſtſaxonum & Berniciorum propago.

Winta. Ab hoc Lindisfarorum propago.

Ex ea parte quæ eſt de Sax.

Cantiani primas ab antiquo obtinent in Angl: exercitus expeditione

Hengiſtus & Horſus filii Wictgiſſi, cujus pater Wicta, cujus pater Woden.

Magis autem accedere videtur veritati, quod à prædicatoribus fuerit fundata, qui a beato Eleutherio miſſi Lucium Britanniæ regem & populum ad fidem Chriſti converterunt. Prima fundatio Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ.

Lelandus.

Ponit ibidem conjecturas dicentium Damianum & Fugatium, etiam Lupum & Germanum epiſcopos conditores ecclesiæ Chriſti fuiſſe.

Edelbaldus, filius Ethelberti mag: dedit villam, quæ Edelham vocatur, fratribus eccleſiæ Chriſti. Hic habuit uxorem nomine Emmam, filiam ſcilicet regis Francorum.

Pag. 307. Kenewaldus primo tempore peſſimus, ſed deinde optimis principibus comparandus. Hic ad Deum religione devotus Wintonienſem fundavit eccleſiam, & ampliavit Malmeſbirienſem, quam primitus quidam Scottus natione, monachus religione, fundaverat.

Sunt qui dicunt Criddam fuiſſe 1^m^. Merc: regem, ſecundum Wicbam, tertium Ceorlum, quartum vero Pendam; quanquam aliqui ſcribunt Pendam fuiſſe primum Merc: regem. Penda ab Oſwio rege peremptus ſuccubuit: cui ſucceſſit in regni partem Weda, filius Oſwii, eoque poſt medicum de medio ſublato, Wulferé filius Pendæ, ſucceſſit.

Penda occidit Oſwinum & Oſwaldum reges Northumbr: & tres reges Orient: Angl: videlicet Sigebertum, Egricum, & Annam extinxit.

Kenulphus rex Merc: Cantuar: eccleſiam in priſtinam reſtituit dignitatem, & ablatas revocavit poſſeſſiones, videlicet Cherring, Selebertesſchere, Brungland, Burnam, & Berham, & alias. Idem Wilſrido archiepiſcopo dedit Kingeſculand & Bixlea, Greatcuerſe & Coppanſtane, Scealforde, Bereham, terras etiam quaſdam & prata intra Cantuar: & extra. Apingland, Ibinteah & Sudhunerglande, Graveneham, Seleberting-lande, Miletun & Geddinges, Wdeton.

Kenulphus rex Merc: Pren regem Cantiæ captum in dedicatione Winchelcumbenſis eccleſ: libertati reſtituit.

Ecfridus rex Northumbr: Hibernienſes contrivit, ſed Merc: reg: amiſit, à Pictis tandem interfectus.

Ethelbertus, qui & Ethelredus dictus eſt, rex Orient: Angl: Hic filius erat Mollonis, qui etiam Ethelmuoldus vocabatur.

Ceaduuala rex dedit S. Wilfrido 4. partem inſulæ Vectæ, & Paggenham cum pertinentiis ſuis.

Pag. 308. Ingles & Ine, rex ille famoſus & religioſus, fratres fuerunt, filii ſcilicet regis Kenredi, qui fuit Ceduualli, qui fuit Cudæ, qui fuit Godwini, qui fuit Aulini, qui fuit Evirichi, qui fuit Cerdici, qui fuit rex primus Weſt Saxonum.

Ingles genuit Copa, qui genuit Eava, qui genuit Alhmundum, qui genuit Ecbrightum, quem aliqui vocant Edbertum.

Ecbrightus rex Weſt-Sax: filium ſuum Ætheluuolphum miſit cum Alſtano epiſcopo Schireburnenſi in Cantiam, quam ſibi ſubjecit.

Ecbrightus

Ecbrightus cum clementia & manſuetudine ſubjectorum ſuorum amorem redemiſſet, tota tandem potius Anglia reliquum vitæ per novem annos tranquille cucurrit. Hic dedit eccleſiæ Chriſti villam quæ Mallinges vocatur. Maligne.

Ethelwulphus, qui & Adulphus, filius Ecberti regis.

Ethelbaldus Etheluuolphi filius, patrem tantum non coëgit dividere cum eo regnum.

Aluredo

Dani ita Angl: devaſtabant ut vix ei tres provintiæ, Hamtechire, Wilteſchire, & Somerſetſhir integræ remanerent.

Rex autem Aluredus aliquanta pace potitus inſtituit hundredos & decimas. Hundredi inſtituti.

Malmeſbiriæ

Joannes Scottus à pueris, quos Weſtmonaſterii docebat, graphiis interfectus.

Aluredus rex 24. horas diei ſic dividebat, ut octo horas in ſcribendo, legendo, & orando, octo in cura corporis, octo in expediendis regni negotiis tranſigeret.

Rex Aluredus neminem illiteratum in curia ſua præponere voluit: & ideo dicebat ſe his ex animo intendere, quia eccleſiæ cum bibliothecis ſuis à Danis combuſtæ fuerant.

Erat in capella Aluredi candela ardens in 24. partitiones diviſa, & æditUus ad hoc aſſignatus, qui per combuſtionem candelæ regem de ſingulis admoneret. Pag. 309.

Ad cujus officinas inſtruendas Eduardus, filius Aluredi, emit terram ab epiſcopo & canonicis, & dedit pro ſingulis pedibus terræ unam [a] mancam auri. Novum monaſter: Ventæ Belgarum.

Rex autem Etheluuolphus, ſive Adulphus, pater Aluredi dedit eccleſ: Chriſti Cantuar: Ebbene, Diſterſey, Miſtenham,

ne

Blakeburnam, Offenham, Plegmundeham, Langeburne, Ber-

n

thune, Delham, Silham & Oſtrindenne, & duo prata, unum apud Schetting, & alium juxta Tamuton.

Athelſtanus rex ceteros cum Anlavo fugavit.

Cecidit ibidem rex Conſtantinus & alii reges 5, comites 12, multaque congeries barbarorum.

Anlavus fugit in Hiberniam.

ſcs

Athelſtanus Wallenſium apud Herefordiam ſibi coëgit occurrere, & aliquandiu recalcitrantes in deditionem tranſire, ut eo nomine vectigal annuatim 20. libras auri, 300. argenti [b] ſolverent, boves xxv. annumerarent, præterea quot pla-

[a] *Sic in MS. Quin & aliunde conſtat tam* mancam *quam* marcam *legi.*
[b] Solverentur *MS.*

 ceret

ceret canes venatorios & volucres. Cui rex Noricorum miſit navem, roſtra aurea & velum purpureum habentem clypeis inauratis intrinſecus circumgiratam.

Athelſtanus propter Edwinum fratrem, morti in mare expoſitum, ſeptennem pœnitentiam apud Lamport tranſegit.

Athelſtanus dedit eccleſiæ Chriſti Cantuar: villam de Holingburne cum pertinentiis.

Edmundus rex, frater Athelſtani, Reginaldum, Gurmundi filium, Northumbr: expulit.

Pucklechirch

Edmundus à ſicario apud Pucreſcern occiſus. Hic Edmundus dedit eccleſiæ Chriſti Cantuar: Wingeham & Preſtune.

Pag. 310. Ediva uxor Eduardi ſenioris, & mater Edmundi ſenioris, dedit eccleſ: Chriſti Cantuar: Meapham, Culinge, Lenham, Peccham, Fernelege, Munketune, Ealdington: & in eadem eccleſia poſt obitum ejus honorifice eſt ſepulta.

Eadredus rex, frater Edmundi ſenioris, dedit eccleſ: Chriſti Cantuar: Tumſtenham & Raculf cum omnibus pertinentiis ſuis, & corpus S. Audoëni Rhotomagenſis archiepiſcopi.

Dunſtanus Edwinum regem ipſo coronationis die ab amplexibus meretricis abduxit.

Edgarus rex apud Werham concupivit cujuſdam comitis filiam. At mater virginis ſubditiciam famulam pro ea ad Edgarum noctu tranſmiſit. Illa autem libertatem à rege petiit, qui fraude cognita ſumme eam dilexit, & quibus ſervierat imperari juſſit.

Edgarus plus quam 40. monaſteria reparavit, & ejectis clericis, qui ea tempore hoſtilitatis occupaverant, monachos intromiſit.

Eduardus coronatus Regiodani. Eduuardus, filius Edgari, coronatus apud Kingeſton in regem à Dunſtano contra magnatum voluntatem.

Alſerius, qui pro clericis agens monachorum erat peſſimus perſecutor, pediculis conſumptus interiit.

Ethelredus rex, orta inter eum & epiſcopum Roffenſem diſcordia, collecto exercitu civitatem Roſenſem obſedit. Poſtea miſſis centum à Dunſtano libris receſſit.

Siricus archiepiſcopus Cantuar: qui Dunſtano ſucceſſit, autor fuit ut vectigal annuum decem M. librarum Danis penderetur.

Cantuaria ab Ailmero archidiacono Danis prodita.

Pag. 311. Mortuo Swano rege Turkillus ſibi præcavens Cnutonem regem Daciæ citiſſime aſcivit, ut necem ſubitam Danorum in Angl: vindicaret.

Ethelredus rex, coacto apud Oxforde conſilio & Angl: & Danorum juſſit interſici nobiliſſimos Sigeferdum & Morcadum, conſilio uſus comitis Edrici, qui utriuſque partis proditor erat.

Emma,

Emma, quæ & Elfeva, uxor Ethelredi regis, & mater Alfredi ac Eduardi.

Cnuto rex eccleſ: S. Edmundi magnificavit, & expulſis clericis, qui eam occupaverat, monachos induxit.

Cnuto portum de Sandewiche Cantuar: dedit eccleſiæ cum aurea corona capitis ſui. Villam quoque de Folkeſtan eidem reddidit eccleſiæ cum appendiciis ſuis.

Cnuto Wintonienſem eccleſiam in multis ampliavit.

Cnuto brachium S. Auguſt: Hipponenſis, centum talentis argenti & talento auri comparatum, Conventrenſi dedit eccleſiæ.

Cnuto dedit Cantuar: eccleſ: brachium S. Barptolemei apoſtoli, & Apoldre, Heſelherſt, Plaſtre, & Vihtriſham.

Emma regina, uxor Cnutonis, dedit eccleſiæ Chriſti Cantuar: Niwenton, & Brutewelle, & duo pallia, & duas capas cum taſſellis aureis, & calicem mag: auream, & textum ſimiliter aureum.

Gunilda, ſoror Hardicnutonis regis, quæ Henrico imper: nupſit, accuſata adulterii, defenſa eſt à puero Angl: ſingul: certamine. Poſtea marito pœnitenti repudium miſit, habitum accipiens ſanctimonialem.

Leofricus.

Siuardus comes Northumbr: & Leonricus comes Herford: in pretio apud Eduardum regem, & eum tutabantur à ſimultatibus Goduini comitis. Pag. 312.

Hic Leoricus cum Godiva conjuge ſua fundavit Conventrenſe monaſter: S. Mariæ, Stow, Wenloc, Leonenſe, & alia nonnulla.

Editha filia Goduini comitis nupſit Eduardo regi. Quam cum videres ſi literas omnium artium liberalium quibus imbuta fuit ſtuperes, modeſtiam ſane animi & [a] ſpetiem corporis deſiderares. Editha regina literata.

Goduinus rediens & ad gratiam regis admiſſus ſuam & ſuorum facunde purgavit innocentiam: ſibi & filiis ablatos recuperavit honores. Erat enim ſenex illa fama clarus, lingua potens, pertinax in propoſito, pervicax orator ad flectendos animos audientium. Goduinus comes Cantiæ.

Goduinus & ejus filii dominabantur in 12. comitatibus.

Goduinus iram regis, ſecurior de ejus innocentia factus, in Normannos convertit.

Robertus archiepiſcopus Cantuar: ſedem appellans apoſtol: Gemetici decubuit, ubi & defunctus eſt. Stigandus eo vivo invaſerat archiepiſcopatum.

Eduardus rex dedit Cantuar: eccleſiæ villam quæ dicitur Chertham, quam eadem eccleſia prius habuerat, & villam quæ Walworth dicitur.

[a] *Sic.*

Ed-

Eduarddus ante conqueſtum ſigillum primus in cera addidit ſuas Donationibus.

Eduardus primus regum Angl: in chartis ſuis ad teſtimonium veritatis ceram impreſſam appendit. Non enim habebant antiquitus de Donationibus aut venditionibus terrarum niſi ſchedulas tantum de qualibet pactione inſcriptas cum nominibus & ſignis perſonarum ibidem præſentium. Has ſchedulas tunc temporis Landebookes, id eſt, libros terrarum, appellabant, idemque robur habebant quod nunc vix obtinent chartæ noſtræ cum qualibet impreſſione.

Landebookes.

Pag. 313.

Goduinus comes Pontivi tenuit Haraldum antequam rex eſſet in vinculis.

Haraldus opera Gul: ducis Normann: è cuſtodia Guidonî comitis Pontivi liberatus.

Anno D. 1066. Gul: dux Normanniæ cum exercitu venit in Angl:

Gul: dux Normann: conventum procerum ſuorum habuit apud Lyſſebonam priuſquam invaderet.

Corpus S. Walerici ad portum delatum cauſſa impetrandi ſecundum pro Gul: claſſe ventum.

Gul: Normannus applicuit apud Haſtinges, & caſtellum ſtatim ibidem firmavit.

Angli nacti cumulum deturbant lapides molares in Normannos prœliantes, & multos ex eis occidunt.

Saxones præoccupantes noto itinere altum foſſatum multos ibi Normannos contriverunt.

Haroldus rex cerebro ſagitta perforato occubuit.

Unus poſtea Norman: femur regis abſcidit adhuc palpitantis, unde à Gul: duce turpiter redargutus eſt.

Anno 3. Gul: regis 2°. filii Swani venere de Dacia cum 300. navibus.

Anno 4. reg: ſui Gul: monaſter: totius Angliæ fecit perſcrutari, & pecuniam ſimul cum chartis, in quarum libertatibus nobiles confidebant, auferri præcepit violenter.

Hoc anno concilium à clero Angl: Wintoniæ celebratum, in quo Stigandus archiepiſcopus Cantuar: degradatur.

Gul: anno 6. reg: ſui homagium accepit à rege Scotiæ.

Octavo anno Gul: regis uxores ſacerdotum amovit, & laïcis interdixit ne miſſas eorum audirent.

Anno 9. Gul: regina Editha obiit No: Apr:

Pag. 314.

Anno 12. Gul: terræ motus factus eſt per univerſam Angl:

Anno 14. Gul: juſſit Juſtitiarios ſuos deſcribere univerſam Angl:

De unoquoque aratro, id eſt, hyda terræ totius regni 6. ſolidos truculenter extorſit.

Siwardus comes magnificentiſſ: quem Drogger Danico vocabulo, id eſt, fortem, cognominabant.

Decimo 8. Gulielmi magni max: peſtis in Angl:

Gulielmus

Gulielmus rex Angl: regnavit 20. annis, menſibus 10, diebus 28.

Anno 1089. Cal: April: obiit Lanfrancus archiepiſcopus Cantuar: qui eccleſ: Cantuar: renovavit, dignitates eidem eccleſ: multas acquiſivit, maneria reſtauravit, xenodochia duo ſtabilivit, hæreſes condemnavit, fidem roboravit.

Eodem anno monachi de Bermundeſey, vocante Lanfranco, venerunt in Angl:

Anno gratiæ 1094. 5. Id: Apr: epiſcopatus de Tetforde tranſlatus eſt in Norwicum ab Herberto Loſenge.

Anno D[i]. 1097. Nonis Apr: apud Finkhampſtede in Barokeſhire quoddam ſtagnum fluxit ſanguine. Et anno gratiæ 1100. ſanguis ibidem manavit de terra 15. diebus continuis. De fonte enim tam uberi emanavit ut ſtagnum horribil: faceret.

Anno D. 1101. rex Henricus dedit epiſcopatum de Hereforde Remelino ſine electione facta contra novi concilii decreta.

Anno 1104. Robertus comes captus eſt ab Henrico rege & cuſtodiæ carcerali mancipatus, & comes de Moretoile, ac multi alii nobiles cum ipſo. Rex autem memor fraternitatis ejuſdem ducem prædictum in libera cuſtodia ſine ciborum penuria, vel luminis beneficio, vel pretioſarum veſtium [a] ornatu″. Liceret autem ſibi ad ſaccos & aleas ludere. Robas etiam regis. ſicut ipſe rex, accipiebat, pomeria vicina, & Pag. 315. ſaltus, ac loca delectabilia perambulando ex regis licentia viſitavit, & una dierum cum ſic evagaret arrepto equo, non id verentibus cuſtodibus, inſiliit, & fugam iniit repentinam. Et ecce cuſtodes elevato clamore inſecuti ſunt, & eum comprehenderunt. Ex tunc ex juſſu regis in arcto cuſtodierunt eum, & ſic miſere vitam finivit.

Anno D. 1109. rex Henricus abbatiam Elienſem in epiſcopalem ſedem mutavit, Herveumque ibidem fecit epiſcopum ordinari.

Anno gratiæ 1111. rex Henricus dedit archiepiſcopatum Cantuar: Richardo epiſcopo London: & illum per baculum & annulum inveſtivit.

Anno D. 1115. dedicata eſt eccleſia S. Albani.

Anno D. 1130. dedicatur eccleſia Chriſti Cantuar.

Anno D. 1132. Id: Apr: Londinum civitas tota pene combuſta.

*Et paulo inferius in Stephano.*

Eccleſia S. Pauli combuſta eſt ab igne, qui accenſus eſt ad pontem, & perrexit ad eccleſiam Danorum.

Anno D. 1153. facta eſt finalis concordia inter Stephanum regem & Henricum apud Wallingford.

[a] *Adde*, detinuit, *vel quid ſimile.*

Henricus,

Henricus, filius Henrici 2. regis, natus eſt Londini 2°. Cal: Mart: anno D. 1155.

Anno D. 1157. Richardus, filius regis Henrici, natus eſt apud Oxforde.

Anno D. 1165. terræ motus factus per Ely, Northfolk, & Southfolk.

Ranulphus de Brok præficitur cuſtodiæ maneriorum Thomæ Beket exulantis.

Anno D. 1177. moti ſunt canonici Seculares de Waltham, & introducti ſunt Regulares.

Anno 1179. puer quidam apud Wenloc martyrizatur.

Pag. Anno D. 1182. rex Henricus apud Waltham in præſentia procerum regni ad ſubventionem terræ Sæ. 42. M. marcarum argenti, & quingentas marcas auri liberaliter aſſignavit.

Anno D. 1183. Henricus rex junior obiit.

Anno D. 1191. apud Glaſconiam inventa ſunt oſſa Arturii famoſiſſ: regis, qui locus olim Avalon, i. e. inſula pomorum, dicebatur.

Anno D. 1198. ortum eſt novum genus Prædicatorum. Circa quos dies orta eſt diſcordia inter archiepiſcopum & monachos Cantuar: propter eccleſiam, quam idem archiepiſcopus apud Lamheth de novo conſtruxerat.

Anno D. 1199. Hubertus Cantuar: archiepiſcopus eccleſiam de Lamhith, quam Baldewinus prædeceſſor ſuus in honore S. Thomæ marty: fundaverat, & ipſe fere conſummaverat, procurantibus monachis Cantuar: in quorum detrimentum fundabatur, autoritate ſummi pont: ſic imperantis, ad ſui & multorum ignominiam complanavit.

Joannes rex ſuſpectus quod Arturium nepotem ſuum propria manu interfecit.

Anno D. 1205. Hubertus archiepiſcopus Cantuar: obiit.

Lelandus.

Quia Gervaſius in prologo tantum promiſit deducturum ſe Annales ad tempora Huberti archiepiſcopi & Joannis regis, ſuſpicor ea quæ ſequebantur in exemplari, eadem penitus tamen litera ſcripta, fuiſſe alicujus recentioris monachi Cantuar: opus, ex quo ea quæ [a] ſecuntur ſelecta ſunt.

Pag. 317. Mortuo Huberto monachi Cantuar: Suppriorem ſuum in archiepiſcopum elegerunt, & clanculum Romam conſecrandum tranſmiſerunt.

Monachi poſtea pœnitentia ducti, & iram regis timentes, Joan: le Gray epiſcopum Norwicen: in archiepiſcopum elegerunt.

Poſtea pont: Ro: caſſavit utrumque electum, & Stephanum Langeton Cantuar: præfecit [b] eccleſiæ.

[a] *Sic.* [b] Eccleſia *MS.*

Joannes hæc videns præcepit ut omnes monachi, tanquam rei læſe majeſtatis, à Cantuar: ejicerentur eccleſia.

Stephanus archiepiſcopus Cantuar: quia adhærebat paululum factioni Baronum Angl: contra regem Joannem ab epiſcopo Ro: ſuſpenſus eſt ab officio, & vix poſtea multis elaborantibus abſolut: beneficium obtinuit.

Ludovicus, filius Philippi regis Franciæ, tranſmiſit à Caleſia, ubi in ejus adventum Euſtachius dictus Monachus 600. naves & 80. coggas bene paraverat, ad Thanet in Cantia.

Joannes id temporis erat Dovar, ſed quia exercitum habebat ex alienigenis, qui magis Ludovico quam ſibi favebant, noluit pugnam committere.

Ludovicus multas civitates & caſtra adquiſivit.

Caſtrum de Windeſore tentavit, ſed nihil proficiens confuſus receſſit.

Caſtrum de Dovar obſedit per tres annos, & in fine confuſus receſſit.

Stephanus archiepiſcopus Cantuar: Henricum, [a] filium" Joannis Glovern: inunxit in regem.

Anno D. 1217. vicecomes de Melun moriens confeſſus eſt, quod propoſitum fuit Ludovici & Francorum ſuorum, & mutuo juramento cum fidei interpoſitione confirmatum, Anglia omnes Anglos irrevocabiliter exules exterminare. Pag. 318.

Ludovicus & Barones Angl: poſtquam cepiſſent Lincolniam à militibus Henrici male multati ſunt.

Claſſis Gallica non procul à Dovar victa, interfecto Euſtachio cog: Monacho navarcha an°. D. 1217.

Anno D. 1222. inventus eſt Chriſtus fictitius cum ſtigmatibus vulnerum, & quidam alius nebulo utriuſque ſexus ejuſdem erroris.

Anno D. 1224. Alienora, ſoror regis, nupſit Gul: Mareſcallo.

Anno D. 1226. Gul: Longa Spata, comes Sareſbirienſis, graviter ægrotavit. Intrante epiſcopo, ferente corpus D$^{i}$. ipſe comes flens, & ejulans, & ab imo ducens ſuſpiria, nudus omnino præter femoralia à lecto proſiliens, laqueum circa collum habens, ſeſe contra venientem, qui corpus Chriſti attulit, reſupinum proſtravit, creatoriſque ſui proditorem ſe proteſtans, omnes circumſtantes ad ſingultum lachrimarum commovit; nec ſurgere nec moveri voluit donec plenaria facta confeſſione ſacramenti percepiſſet communionem. Et ſic tradidit Deo ſpiritum.

Anno D. 1227. rex Henr: excuſſit ſe à tutela Petri de Rupibus epiſcopi Winton: commiſit ſe conſilio Petri de Burgo Juſticiarii.

Anno D. 1228. Stephanus archiepiſcopus Cantuar: obiit.

[a] *Hæc vox bis occurrit.*

Richardus le Graunt Lincoln: Cancellar: conſecratur in epiſcopum Cantuar:

Hubertus de Burgo alienigena, per quem Henr: rex fecit regno Angl: multa mala & intolerabilia damna. Et rex fecit
Pag. 319. eum ſuum Juſtitiarium principalem totius Angl: & poſtea theſaurarium. Poſtquam diabolus ipſum Hubertum exaltaverat in fine ad ima dejecit.

Alienora, ſoror regis, comitiſſa Penbrok, nupſit Simoni de Monteforti, propter quod omnes comites & barones plurimum indignabantur. Unde totum regnum fuit commotum. Nam illa votum ante caſtitatis ſolenne fecerat coram Edmundo Cantuar: Sed Simon Romam perrexit, & nuptiarum rationem confirmavit per pont: Ro.

Anno D. 1239. Eduardus regis primogenitus natus eſt apud Weſtmonaſter:

Anno D. 1243. Joannes Maunſel, clericus Domini regis, dum animoſius omnibus aliis quoſdam in quodam caſtro obſeſſos infeſtaret, fere ad mortem vulneratus eſt. Unde factus eſt regis familiaris.

Abbas de Wardon electus in epiſcopum Romanum. Abbas de Wardon electus à Cardinalibus Ro: in epiſcopum Ro: Sed ipſum propter imperatoris [a] *Δ* non potuerunt habere: & ſic elegerunt Senebaldum, qui Innocentius quartus dictus eſt. Hoc tempore David, princeps Walliæ, movit guerram contra regem Angl: Et idem princeps, effuſa non modica pecunia, à ſummo pontifice in præjudicium regis Angl: literas impetravit ut terram ſuam de Papa teneret, ſed finaliter pecuniam ſuam perdidit.

Mr. Niger epiſcopus London:

Anno D. 1247. Eccleſia S. Myldredæ Cantuar: combuſta eſt cum magna parte civitatis.

Eodem tempore decima per triennium omnium eccleſ: totius Angl: conceſſa eſt Alex: 4. pont: Ro:

Aquila

Petrus de Aqui blancha epiſcopus Herforden: procurator Henrici 3. in curia Ro.

Henricus filius Richardi comitis Cornubiæ de ſua prima uxore comitiſſa Gloverniæ.

Pag. 320. Anno D. 1248. maximum bellum fuit inter Anglos & Wallenſes, in quo prœlio interfectus fuit D. Egidius de Badleſmer:

Gul: de Longa Spata 2. Anno D. 1250. in terra Sancta inter alios interfectus eſt Gul: de Longa Spata miles egregius, qui centum & amplius ex Chriſti adverſariis manu propria interemit. Membratim

[a] *Sic in MS. indicat nempe hæc nota vocem deſiderari, quam tamen non adjecit Lelandus.*

cecidit

cecidit detruncatus. Hujus Gul: mater poſtea abbatiſſa fuit de Lacok.

*Ex Epiſtola quadam Frederici imper: ad Henricum regem Angl.*

Semper fuit intentio noſtræ voluntatis clericos cujuſcunque ordinis ad hoc inducere, & maxime maximos, ut tales perſeverarent in fine, quales fuerant in primitiva eccleſia, apoſtolicam vitam ducentes, humilitatem Dominicam imitantes. Tales enim clerici ſolebant angelos intueri, miraculis choruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate non armis reges & principes ſubjugare.

Anno D. 1255. diſtracti ſunt Judæi Lincoln: numero 18. per vicos & plateas civitatis, ac deinde ſuſpenſi propter Hugonem puerum Chriſtianum, quem nequiter & miſerabiliter crucifixerunt apud Lincolne.

Anno D. 1262. Palatium regis Weſtmonaſterii combuſtum eſt.

Hoc anno multi de familia D[i]. regis obierunt in Francia, inter quos obiit Baldeuinus comes de Inſula, cujus corpus delatum fuit in Angl:

Eodem anno 4. die poſt Purificationem beatæ Mariæ combuſtæ fuerunt apud London minor aula D[i]. regis, & camera ſua cum garderoba, & capella, ipſo rege ibidem tunc morante.

Anno D. 1264. rex apud Northampton vicit hoſtes. Medio tempore venit ad Roffam Gilbertus de Clare, & eam obſedit, & in ſuo comitatu habuit Joannem filium Joannis, Henr: de Haſtinges, & Nicolaum Segrave. Et ex alia parte D. Simon comes Leirceſtre. Pag. 321.

D[s]. Rogerus de Leyburne fuit conſtabular: in caſtro Roffæ pro rege, ante tamen ex parte Baronum. Et cum eo fuere Joan: comes Waren, Joannes filius Alani, Gul: de Brews. D[s]. Leyburne fecit ante comburere totum ſuburbium Roſæ verſus Cantuar: & magnam partem villæ & prioratus.

Prædictus Simon volens intrare civitatem, cum fuerit ex alia parte villæ verſus Stroode, bis per homines civitatis illius rejectus fuit. Tandem vice 3. per ſubtiliſſ: ingenium intravit civitatem cum quadam navicula, in qua poſuerat maximum ignem cum pice, carbone, ſulphure, & adipe porcina; & ſic iſto maximo igne accenſo tranſibat cum omni gente ſua & civibus London: aliis tamen reſiſtentibus utcunque potuerunt. Et hoc factum fuit 12. Cal: Maii die Paraſceue in veſpera etc. ut cum barones minimo minus abeſſent à tempore expugnationis caſtri, revocati ſint ab incepto opere Londinenſium, quod audierant Londonienſes ſtatuiſſe tradere civitatem ſuam regi.

Sic Gilbertus de Clare contulit ſe Londinum. Richardus le Gray contulit ſe Dovarum, cum Richardo filio comitis obſide.

Rex cum ſuis venit ad Tunbrige, caſtrumque cepit in die Philip: & Jac: villa prius combuſta per caſtellum.

Simon de Monteforti fecit Gilbertum de Clare, Robertum de Grenequer, & Henricum de Haſtinges milites apud Lewis.

*Vide num legendum Crevicure.*

Rex Henricus leviter vulneratus in bello de Eueſham.

Inſula de Axholm occupata ab exheredatis.

Pag. 322. Joanes de Eyville & alii barones conſilio Gilberti de Clare Ely inſulam relinquunt, & ad Gilbertum veniunt.

Comes de S. Paulo & de Bolonia accerſiti ab Henrico venerunt Dovar, & inde ad Stratford prope London: Sed reddita regi civitate London: ad ſua receſſerunt.

Anno D. 1271. cives Norwicen: ſuam cathedr: eccleſ: incenderunt.

Gaſto de Berne proditor Eduardi regis captus.

Eduardus rex pro concione in Lugdunenſi concilio ab epiſcopo Ro: Gregorio 10. laudatus.

Tonebrige caſtrum Gilberti de Clare comitis Gloceſtr:

Rigate caſtrum Joannis de Waren comitis Suthrey.

Anno D. 1281. concilium celebratum apud Lambeth à Joan: Pecham archiepiſcopo Cantuar:

Edmundus heres Rogeri de Mortuo Mari cum aliis irruit in Wallenſes, quo tempore caput principis Walliæ amputatum eſt.

Anno D. 1283. rex Edwardus fecit erigi caſtrum apud Abreconwey in pede montis Snowdune.

Eodem anno Mr. T. de Ingelthorp conſecratus eſt in epiſcopum Roſenſem.

Alphonſus regis Edwardi primogenitus fere duodenus obiit 14. Cal: Septembr: ſepultus eſt Weſtmonaſter: juxta feretrum S. Eduardi.

*Et paulo inferius.*

Alphonſus, filius regis Eduardi, cum Margareta uxore ſua venit Cantuar: viſitare S. Thomam, & menſe Septembr: obiit apud Windeſor: Sepultus apud Weſtmonaſter:

Petrus de Huntingfeld cepit prioratum eccleſ: Chriſti Cantuar: in manus regis pro tranſgreſſione facta ibidem, ut dicebat, pro quodam impriſonato.

Pag. 323. Gul: de Marchia Bathon: epiſcopus & D[i]. regis theſaurarius.

Anno D. 1295. Gallica claſſis miſit galeiam 300. pugnatoribus munitam, ad explorandum locum applicandi. Quam quidam galeiam apud La Hith, minus caute in ſabulo defixam, circumdabant maris vigiles &c. ut ſit capta hominibus occiſis.

Hoc anno monachi alienigenæ à propriis domibus excluduntur.

Hoc

Hoc etiam anno Gilbertus de Clare comes Glovern: poſt regem potentiſſimus regni in opere & ſermone.

Joannes Romanus archiepiſcopus Eborum obiit hoc anno.

Rogerus Coventren: & Lichefeldenſis epiſcopus hoc anno obiit. Succeſſit Gul: de Langeton familiaris regis in tranſmarinis partibus tanquam nuntius aſſignatus per regem Cardinali.

Anno D. 1296. villa & caſtrum de Berwik capta.

Robertus Wynchelſey, ratione cujuſdam decreti à pontifice Ro: editi, obſtitit regi petenti de bonis ſpiritualibus ſubſidium.

Hoc anno Gul: de Valentiis avunculus regis, & Robertus Ver in Angl: obierunt.

Comes Northfolk mareſcallus Angl:

Comes Herford conſtabularius Angl:

Anno D. 1297. D^s. Nicolaus de Longeſpe epiſcopus Sarum obiit. Succeſſit Simon de Gandavo editus Londini, vir in arte Theologiæ peritus.

Anno D. 1298. Angli vicerunt Scottos in bello de Faukirk.

Anno D. 1299. Margareta Cantuariæ nupſit Eduardo regi.

Hoc anno Joannes Bailliol rex Scotiæ ab Angliæ rege liberatus eſt è carcere.

Et D Joannes filius Joannis nobilis Anglus à rege Fran: è carcere liberatus eſt.

Hoc anno fratres qui dicuntur Minores, ſeu quod latius publicatur & nequius comprobatur totius eccleſiæ exploratores, ad illicita legis ſuæ aſpirantes, obtulerunt ſummo pont: quadringenta millia de Florenis aureis, & pecuniam multam nimis pro terris, prædiis, & redditibus obtinendis, &c. ut papa emunxerit fratres argento voto eorum prorſus neglecto. Hoc etiam anno obiit Henricus de Newark archiepiſcopus Ebor: & Oliverius epiſcopus Lincoln: obiit.

Quales fuerunt fratres Minores. Pag. 324.

Anno D. 1300. Cal: Jul: regina Margareta peperit filium ſuum primogenitum apud Brothereſton juxta Eboracum, & Thomas vocatur.

Thomas Brothereſton.
Brothereſton ubi.
Lelandus.
Brotherton adjacet vico nomine Feribridg longiuſcule ab Eboraco, vicinius Pontifracto.

Anno D. 1301. Margareta regina die S. Oſwaldi regis & Martyris apud Woodeſtok filium edidit ſecundum, quem vocavit Edmundum.

Anno D. 1303. caſtrum de Strivelyn receptum à Scottis, & traditum cuſtodiæ Gul: Olifarde habenti ſub ſe 300. homines bellicoſos.

Caſtellum de Brihm in Scotia à rege Eduardo captum, Thoma Mayle capitaneo occiſo.

Erant autem duæ in Scotia famoſſ: abbatiæ in facultatibus opulentiſſimæ, & in ædificiis munitiſſimæ Abrebredoc, & Domfer-

Domfermelin, infra procinctum ſuum ampla nimis, continens tres carrucas terræ, palatia quaſi regia continens in ſe multa. Ita ut tres inclyti reges cum eorum ſequela ſinguli ſine alterius improbitate ſimul & ſemel poterant hoſpitari. Iccirco propter nimiam capacitatem loci ſoliti fuerant majores natu regni Scotiæ illuc convenire, & machinationes contra regem Anglorum conficere, & plerumque in tempore guerræ velut de latibulis prodeuntes, latrocinalem prædam & cædem in populum Angl: frequentabant. Cernens ergo exercitus regis templum Domini non eccleſiam, ſed ſpeluncam eſſe latronum, & quaſi ſudem in oculo genti Angl: miſſo funiculo exactionis, antra, muros, palatia omnia coæquans terræ funditus diſſipavit.

Pag. 325. Hoc anno obiit Richardus de Graveſende epiſcopus London: & ex unanimi capituli conſenſu decanus illius eccleſ: Radulphus de [a] Baldok . . . . . . . .

Anno D. 1305. Nicolaus de Segrave, unus de præſtantioribus in Angl: arreſtatus fuit coram rege, accuſatus de alio milite de proditione. Segrave autem obtulit ſe duello: ſed rex duellum non admiſit. Sed Segrave accuſatorem trans mare ſecutus eſt, ut cum eo pugnaret, idque ſine licentia Edwardi: quare pro traditore à rege reputatus eſt; ſed ægre tandem in gratiam regis receptus eſt.

Treylebaſton quoddam breve regis contra homines conductos ut accepto pretio incautos & ſecuros verberarent.

Gul: Waleys, Scottorum ductor, inter alia immania pueros etiam in ſcholis & eccleſiis ad magnum numerum conflagravit.

Hic Gul: Waleys fuit ductor Scottorum quo tempore pugnatum eſt apud Fawkirk; ſed tunc Scottis deſertis aufugit. Tandem ab Anglis captus tractus fuit & ſuſpenſus Londini.

Anno eodem rex miſit Lugdunum in coronationem papæ ſingula utenſilia quibus miniſtraretur in camera & in menſa, omnia ex auro puro, per epiſcopos reg: ſui, videlicet Lichefeld & Wigorn & comitem Lincoln. Ad hanc vero ſolennitatem plures de Angl: abierunt. Porro epiſcopum Dunelmenſem Dominum Antonium de Bek, propter dapſilitatem & magnificentiam quam in eo invenit, creavit patriarcham Hieroſolymitanum.

Obiit hoc anno Mr. Joannes Ponteyſe epiſcopus Winton: & Mr. Gilbertus de S. Leopardo Ciceſtrenſis, pater orphanorum, conſolator mœrentium, viduarum in grabatis & tuguriis decumbentium pius & humilis viſitator, inopum plus quam divitum affluens recreator. Et Mr. Thomas de Corebridg Ebor: archiepiſcopus. Succeſſere Winton: prior ejuſ- Pag. 326.

[a] *Adde*, in epiſcopum electus fuit.

dem

dem loci, Ciceſtriæ Joannes de Langton archidiaconus Cantuar: & Ebor: Mr. Gul: de Grenefelde Cancellarius Angl:

Robertus de Brews 2°· coronatus in regem Scotiæ rele-
U
gavit uxorem ſuam ad [a] ſuum patrem comitem Altoniæ in Hiberniam, quod admonuerat eum ne ferocius in regem Angliæ inſultaret tanquam potentiorem.

Eodem anno 6. die Maii D[a]. Margareta regina Angl: apud Winton: peperit filiam nomine Alienoram.

Almericus de Valentia comes de Penbrok miſſus à rege in Scotiam ut eam expugnaret.

Poſtea rex accerſivit nobiles & nobilium filium qui ordinem in Angl: militarem non acceperant. Venerunt ſic juſſi 300. nobiles, quos Eduardus princeps, filius Eduardi primi, cingulo militari Weſtmonaſter: accinxit, ſtans propter tumbam, ſuper ſummum altare. Et hæc fecit rex ut militiam verſus Scotiam augeret.

Almericus de Valentia pſeudoregem Scottiæ utcunque congreſſu belli preſſit.

Conjuratrix de Bonham illa impiiſſima conjuratrix quæ ſecundo coronavit Robertum de Brews.

Illis temporibus captus eſt Simon Friſel, in quo pendebat tota Scottorum fiducia.

Simon de Friſel Scottus captus & ſuſpenſus Londini.

Herebertus de Norham, vir cunctis Scottis formoſior, ſtatura eminentior, Londini una cum ejus armigero Thoma de Boys capite truncati ſunt.

Joan: de Seyton & Chriſtoph: Germayne armigeri Roberti de Brues capti ſunt. Joannes apud Novum Caſtrum ſuper Tine, Chriſtophorus apud Dumfres ſuſpenſus.

D[s]. Neele de Bruis miles pulcherr: juventutis captus eſt Pag. 327.
& apud Berevicum tractus, & ſuſpenſus.

Thomas de Brues & Alexander fratres pſeudoregis Scotiæ una cum aliquot regulis Hiberniæ, in ora Gallovidiæ captis, Cairleoli ſupremo ſuplicio adfecti, quorum capita portis urbis poſtea adfixa.

*Hæc quæ ſequuntur ſelecta ſunt ex eodem de* [b] *quo ſuperiora exemplari, ſed alio autore ſcripta. Nam ex præfatione apparet eum libellum Margaretæ reginæ, uxori Eduardi, dedicaſſe. Et prima operis pars quaſi integre conſtat de figura corporis & qualitate Eduardi regis.*

Anno D. 1307. obiit rex Eduardus primus.

Anno D. 1312. Petrus de Gaſton comes Cornubiæ decapitatus eſt apud Blakelow, & tranſlatus eſt apud Oxon: poſtea

[a] Suum *MS.* [b] Quibus *MS.*

apud Langeley oſſa ejus cum ſolennitate mag: in præſentia regis tradita ſepulturæ.

Anno D. 1313. Gilbertus de Segrave conſecratus eſt in epiſcopum London:

Eodem anno Mr. Thomas de Cobham, vir in utroque jure & in theologia eruditus, eligitur in epiſcopum Cantuar: ſed papa, ejus electione caſſata, Gualterum Reynold epiſcopum Wigorn: in archiepiſcopum Cantuar: ſubſtituit.

Comes Gloverniæ de jure intereſſe debet inthronizationi archiepiſcopi Cantuar: & munera officio præſcripta inde percipere.

Anno D. 1317. Joan: 22. pont: Ro: dedit epiſcopatum Herefordiæ Magiſtro Adæ de Hereford. Et Thomas Cobham conſecratus eſt in epiſcopum Wigorn:

Gauſcelinus & Lucas de Fliſco Cardinal: Ro: ſpoliati in Northumbria à Gilberto de Midleton.

Pag. 328. Anno D. 1319. Rex turpiter relicta obſidione de Berwik, & revertens per Pontem fractum a caſtellanis turpiter quaſi illudendo eſt acclamatus. Unde rex vehementer iratus ſiluit donec tempus videret vindictæ opportunum.

Anno D. 1321. Humfredus de Bohun comes de Herforde, & Rogerus de Mortuo mari, & nepos cum multis aliis magnatibus Angl: ſpoliaverunt Hugonem Spenſar patrem in Wallia, Marchia, & aliis locis. Similiter terras Joannis de Crumwel, & terras D^i. Joan: de Handelee. Quia primus [a] iſtorum exheredavit. D. Joan: de Clifford, & quia ſecundus principalis fuit de conſilio D. Hugonis Spenſar patris.

Barptolemæus de Badeleſmer, ſeneſcallus regis, deſcivit ad partes Baronum.

Hugo le Spenſar pater exulat, filius autem tranſivit à Dovar Pariſios in habitu abbatis de Langdon, ibique timens præſentiam Almerici comitis Penbrok rediit ad Edwardum regem Weſtmonaſter: in eodem abbatis habitu, & tres dies jacuit ante pedes regis: ſed pulchrum verbum ab eo habere non potuit.

Hugo Spenſar filius deputatis ſibi à rege cuſtodibus Sanwici ſpoliat Dromundus naves epiſcopi Ro: ad valorem LX. M̅. librarum.

Rex molitur confuſionem Barptolemæi Badeleſmer. Et ne maximus foret præ ceteris in Cantia ſicut ſolebat D^m. Edmundum de Wodeſtoke fratrem ſuum comitem Cantiæ fecit.

Torneamenta & haſtiludia apud Whitney in comit: Oxon: facta per comitem de Penbrok ex una parte, & Humfredum Bohun comitem Herford ex alia parte.

Barptol: Badeleſmer contra inhibitionem regis venit de

[a] Iſto *tantummodo in MS.*

Tillebery

Tillebery in Eſtſax: ad Hengham in Cantia, ubi receptus eſt Pag. 329.
à ſuis, & caſtrum ſuum de Leedes cum mag: comitiva ingrediebatur, & ſic ad caſtrum ſuum de Chilham, & tunc ad Cantuar: pervenit cum 19. militibus linia armatura ſub ſupertunicis coopertis. Armigeri vero illius ferro palam [a] diſcooperto ad feretrum beati Thomæ pervenit: unde tota civitas turbata eſt, & per aliquos de civitate qualiter ſe habuit regi nunciatum eſt.

Quo die venit ad ipſum Joan: Crumwel cum uxore petens auxilium & amicitiam, cui promiſit omnem operam ſuam, & cum eo Oxonium ad barones tranſiit.

Interea rex, volens vindicari de dicto Badeleſmere, Iſabellam reginam Angl: ad Caſtrum de Leedes miſit: quod quidem caſtellum rex prius dedit prædicto Badeleſmer in eſcambium pro aliis terris de Indreſſe in Eſſax &c. ut negatus ſit reginæ introitus in caſtellum. Hoc cognito Badeleſmere, exiſtens apud Whitney in comit: Oxford cum baronibus, miſit Witteney.
ad prædictum caſtrum milites, conſtituens eis Conſtabularium Thomam de Aldone, mandans ne reginæ portas aperirent, ſed caſtrum viriliter defenderent.

Badeleſmer cognito quod rex caſtrum de Leedes obſediſſet movit barones, ut verſus Leedes tenderent & caſtrum ejus defenderent Venerunt ad Kingeſton ſuper Tamiſiam, ſed ulterius progredi noluerunt. Et cum eis Badeleſmer confuſus receſſit. Quo audito obſeſſi in caſtro de Leedes reddiderunt ſe regi.

Rex autem miſit uxorem Badeleſmer cum unico ſuo filio Egidio nomine, & cum filiabus ſuis, & D. Barptol: Burgeſſche militem, & uxorem ejus, & Thomam de Aldon conſtabularium caſtri ad turrim London ſtatim fecit adduci. In die omnium ſanctorum miſit [b] duo milites ad caſtrum de Chil- Pag. 330.
ham, commiſſionem habentes, & petierunt, introitum pro D°. Rege. Quibus Henricus de Valoynes miles & conſtabularius dicebat ſe nolle tenere caſtrum contra Dominum regem, ſicque caſtellum regi traditum fuit. Cujus deputatus erat comes de Batheles, ſicque tradidit ei caſtellum cum omnibus bonis quæ ibi ad Badeleſmer pertinebant.

Poſtea Walterus Colepeper, bailivus de 7. hundredis, in craſtino omnium Sanctorum juxta caſtrum de Leedes fecit ad caudas equorum miſerabiliter tractari & poſtea ſuſpendi.

Thomas Colepeper & alii qui fuerunt cum eo in caſtello de Tonbridge, audito regis adventu, fugiunt ad Hugonem de Andeley, qui cum baronibus aliis tunc extiterat.

Tunc miſſi ſunt Galfridus de Say & Gul: de Dyne, juſtitiarii

[a] Diſcooperti *MS.* [b] *Sic.*

arii regis, in Kantiam ad inquirendum de fautoribus Badeleſmer [a] & juſtitiam facerent.

Hugones Spenſarii revocati.

D. Joan: Giffard bigas regis, cum armis verſus Walliam tendentes, ſpoliavit.

Bremesfeld, alas Bromefeld. Unde rex, habita mag: deliberatione, verſus caſtrum dicti Joannis, videlicet Bremesfeld, properavit, & funditus demolitus eſt.

Thomas de Lancaſtre negavit operam ſuam baronibus quamdiu Badeleſmer cum eis in exercitu maneret. Quare à baronibus eſt derelictus, & à rege fortiſſime perſecutus.

Barones, combuſta una porta Brugenorth, intrant, ſpoliatis militibus regis & villa. Impunitas [b] ſimulato à rege data baronibus & eis adherentibus excepto Badeleſmer. Hoc pacto venerunt ad regem duo Mortimarii, Ds. de Audeley pater, & Ds. Mauritius de Berkeley, qui tamen poſtea miſſi ad Walingford in carcerem. Venit etiam ad regem Robertus de . . . . . . principalis conſiliarius comitis Lancaſtriæ, cum 200. hominibus armatis, qui paulo Nicolao Cryel traditur, & ad caſtrum de Dovar adducitur. Et Mr. Rees ap Poël ibidem.

Pag. 351.

Burton. Comes de Batheles conſtabular: exercitus Eduardi 2i. apud Burton ſuper Trent ubi barones fugerunt.

Barones fugiunt ad Tuttebyri, & inde ad Pontem fractum, ubi Richardus de Thammari in extremis laborans derelictus eſt.

Pons fractus obſeſſus. Sed conſtabular: antequam audiverat Humfredum de Bohun occiſum fuiſſe ad Borowbridg, & Thomam Lancaſtre ejus dominum captum fuiſſe, noluit caſtrum reddere.

Anno D. 1322. Badeleſmer 18. Cal: Maii tractus fuit à Cantuar: ad furcas de Bleen, & ibi ſuſpenſus. Deinde caput amputatum, & pilo apud Burgate adfixum. Corpus rurſus ſuſpenſum.

D. Joannes Giffard tractus apud Gloceſtre.

Ds. Hugo Audeley pater & filius gratiam habuerunt.

Hoc anno paſtores ovium de Cornubia, & permaxima multitudo virorum, mulierum, & infantium mare tranſierunt in diverſis locis Angl: verſus terram Sanctam, credentes certive dictam terram ſubjugaſſe, & inimicos crucis Chriſti deſtruxiſſe. Sed in diverſis locis in partibus tranſmarinis propter eorum tranſgreſſiones in patibulo ſunt ſuſpenſi, aliqui incarcerati. Alii ut ſtulti furtive ad ſua receſſerunt.

Pag. 332.

Anno D. 1324. Stephanus Faverſham, monachus eccleſ: Chriſti Cantuar: primus fuit de congregatione monacho-

[a] *F.* ut. [b] *F.* Simulate.

rum

rum qui theologiam in clauſtro dictæ eccleſ: legebat.

Nicolas de Cryel & Robertus de Kendale milites claſſe obſervabant, ne regina Angl: cum Eduardo principe clanculum applicarent.

Uxor Badeleſmer cum Egidio filio ad ſua reſtituti.

Gualterus archiepiſcopus Cantuar: fugit vim London: qui epiſcopum de Exceſtre interfecerant.

Anno D. 1325. Eduardus 3. primogenitus Eduardi, cinctus eſt London baltheo militari à D°. Joanne, fratre comitis de Henaude, ſimiliter & Joannes de [a] Bohun comes Herford: & multi alii in vigilia Purif: Beatæ Mariæ.

Anno D. 1326. exheredati in Parlamento Weſtmonaſter: reſtituuntur.

Hoc anno maritimi Angl: 30. naves, plenas vinis & mercimoniis, per Normannos in loco qui dicitur Trade perdiderunt.

Hoc anno Mr. Jacobus de Berkele, epiſcopus Exon: obiit: papa autem eundem epiſcopatum dedit D°. Joan: de Graunſon.

Hoc anno 13. Cal: Jun. Prior & capitulum eccleſ: Chriſti Cantuar: contulerunt ſcholas & regimen ſcholarium in Cantuar: Mro. Joan: de Elham mero [b] jura ipſa ſede vacante.

Eodem anno 12. Cal: Jun: H. Gower archidiaconus Meneveniſis confirmatus fuit in epiſcopum Meneven:

Anno D. 1328. Mr. Mattheus Indelſelde confirmatus eſt in epiſcopum Bangor.

Gul: Le Zouch, Barptol: de Burwaſch, Gilbertus de Tundeby Juſtitiarii regis in Cantia. Pag. 333.

Hoc anno Id: Octobr: Robertus de Holand, quondam ſecretarius Thomæ Comitis Lancaſtr: in quodam nemore juxta parcum de Henlee prope caſtrum de Windeſore decapitatus eſt, & ſubito.

Eodem anno apud Novam Sarum rex dedit comit: Cornubiæ fratri ſuo Joanni de Eltham.

Et fecit Rogerum de Mortuo mari comitem Marchiæ.

Anno D. 1329. Edmundus de Wodeſtok, comes Cant: & avunculus regis, decapitatus eſt.

Eodem anno caſtrum de Berwik redditum regi Eduardo 3.

Gul: de Melton archiepiſcopus Ebor: factus eſt regis theſaurarius.

Anno D. 1336. rex in parlamento London: de comit: Cornubiæ fecit ducatum, & dedit eum Eduardo primog: ſuo, una cum comit: Ceſtriæ, & ordinavit 5. comites, unum ad Derbeiam, alium ad Northampton, tertium ad Huntingdon, quartum ad Saleſbyriam, quintum ad Gloverniam.

Anno D. 1347. Caliſia obſeſſa reddita eſt Eduardo regi.

a Bo *tantummodo in MS.* b *Sic.*

Anno D. 1354. gravis ſeditio Oxon: inter cives & ſcholares, qui cives de circumadjacente patria collecta multitudine populi inſurrexerunt, & ex eis plurimos occiderunt & vulneraverunt. Deinde diſcurrentes de bonis eorum nequiter ſpoliaverunt, tradentes libros eorum incendio. Propterea quoque Oxon: longo tempore erat ſuppoſita eccleſiaſtico interdicto.

Pag. 334. Anno D. 1359. Winchelſey Idibus Mart: à claſſe Norman: deprædata eſt & partim incenſa, quo tempore & captivos multos abduxerunt.

Anno D. 1364. [a] Eduardo principi natus eſt filius Eduardus in Vaſconia in caſtello de Anglilham, qui anno ſeptimo ſuæ ætatis obiit in Vaſconia.

Hoc anno Joan: de Bukingham, portitor ſigilli ſecreti D. regis, electus eſt ad epiſcopatum Lincoln: Sed epiſcopus Ro: propter exilitatem ejus literaturæ vix voluit eum admittere.

Simon Iſlep, fundator collegii Oxon: pro monachis principaliter eccleſ: Chriſti Cantuar: & ſecularibus ad invicem, obiit.

Poſt mortem Simonis monachi expulſi collegio favore Simonis de Langeham ejus ſucceſſoris; ſed poſtea monachi reſtituti collegio.

Anno D. 1369. in Parlamento epiſcopi qui fuerunt cancelar: & theſaur: & qui portabat ſigillum privatum regis erant amoti, & ſeculares loco eorum ſubrogati. Et hoc fuit ordinatum, ut dicebatur, ad petitionem Dominorum in odium eccleſiæ.

Anno D. 1372. Eduardus le Diſpenſar bellator rediit à Lumbardia in Angliam.

Anno D. 1375. Edwardus le Diſpenſar obiit in caſtro de Cairdif, ſepultus in monaſter: de Twekeſbyri.

Anno D. 1376. obiit Eduardus princeps Walliæ.

Hoc anno Mr. Adam Houghton epiſcopus Meneven: ſcilicet cancellar: & D. Henricus Wakefeld epiſcopus Wigorn: theſaur: erant facti. Et laïci, qui illa officia per prius occupaverant, erant amoti.

Guiſchardus comes Huntendunenſis. Anno D. 1377. rex fecit quendam Vaſconem militem magiſtrum ſuum nomine Guichardum comitem de Huntendune.

Hoc anno villa de Rye combuſta à Francis.

Pag. 335. Anno D. 1380. Simon Sudbyri archiepiſcopus Cantuar: factus Cancellar: Angl: Richardo le Scrope per invidiam amoto. Et Robertus Hales, Prior Hoſpitalis S. Joannis London. theſaur: efficitur, quæ quidem officia vitæ utriuſque, proh! dolor, finem accelerabant.

Hoc tempore comes Marchiæ domuit feritatem Hibernorum, qui pro majori parte omnes terras comit: ſui de Holveſtre per longa tempora occupaverunt, qui Deo cooperante

[a] Eduardus *MS.*

felicem expeditionem nactus infra ſpatium medietatis unius anni [a] dejecit, vel undecim regulos ſibi ſubjecit & interfecit, & terras quas injuſte occupaverant recuperavit.

Hoc anno circa feſtum S. Laurentii Joannes Vian miles venit cum galeis Franciæ, & deprædavit, & combuſſit villas de Apledor & Rye.

Pag. 336. vacat.

*Ex prologo Oſberti de Clare Prioris Weſtmonaſter: cœnobii in vitam S. Eadburgæ virg.* Pag. 337.

Ego Oſbertus municipii Clarenſis appellatus indigena.

Wintonienſibus in majori corporis ſui portione S. Eadburga præbet præſidium. Perſorenſes exornat gratia cœleſtium frequentata ſignorum.

*Ex capitulo de genealogia Eadburgæ.*

Cujus in Scripturis tanta legitur extitiſſe ſcientia, ut in Philoſophiæ ſtudiis ad unguem uſque perfecte diſertus orator exiſteret: & facundus interpres totum fere teſtamentum in idioma linguæ paternæ transferret. Alfredi regis Weſt-Sax. eruditio.

Alfredus rex incepit novum monaſter: Winton:

Alhſwida, uxor Alfredi regis, extruxit monaſterium Virginum Winton: cui præfecit Etheldridam, ruſque ampliſſ: poſ-
nec Alfredus, nec Alhſwitha
ſeſſionis arcis fundum contulit. Sed neuter prohibentibus fatis potuit opus inceptum complere.

Edwardus filius Alfredi finem novis impoſuit fundamentis.

Eadburga filia Edwardi filii Alfredi.

Eadburga felix vel beata civitas Anglorum lingua dicitur.

*Ex libro Oſberti de vita S. Eadburgæ.*

Edwardus rex obtulit Eadburgæ cum trima eſſet hinc ornamenta regalia, hinc eccleſiaſtica: ſed puella data electione manum eccleſiaſticis appoſuit.

Eadburga traditur Etheldredæ abbatiſſæ educanda.

Edwardus & ejus uxor monaſter: S. Mariæ Wintoniæ conſummaverunt: quod Winton: antiſtes Ælphegus ſenior dedicavit.

Pag 338, 339. vacant.

Alla & Muluca, milites Edwardi regis, contendebant de Canaga terra frugibus opima [b] quod rus eis in hereditatem obvenerat, uſque adeo ut jam gladiis rem diſcernerent. Pag. 340.

Quare privati ſunt hereditate illa, quæ poſtea precibus Eadburgæ data eſt monaſterio S. Mariæ Wintoniæ.

Eadburga fit ſanctimonialis in monaſter: S. Mariæ.

Eadburga febre correpta obiit.

a Decit *MS.* b Quos *MS.*

Ex

*Ex libro Osberti de tranſlatione S. Eadburgæ.*

Eadburga ſoror Edmundi regis patris Edgari.

Æthelwoldus epiſcopus Winton: tredecim ſanctorum corpora de ignobilibus tumulis extraxit.

Æthelwoldus epiſcopus Winton: tranſtulit corpus S. Eadburgæ in thecam pretioſam. Theca hæc poſtea à Danis ſpoliata eſt.

Ælfleda abbatiſſa monaſterii S. Mariæ thecam S. Eadburgæ auro & argento reveſtivit.

Ælfuricus, cog: decrepitus, à curvo rectus factus precibus S. Eadburgæ. Hic Ælfuricus poſtea artem medicam didicit & exercuit in monaſter: S. Mariæ Wintoniæ.

Vixit autem Ælfuricus uſque ad tempora Algivæ abbatiſſæ, quæ de Colonia civitate Germaniæ ex generoſo ſanguine nativitatis traxit originem, & in novo Sanctimonialium monaſter: quod capitolium dicitur Sæ. religionis didicit honeſtatem.

Pag. 341. *Ex libro Osberti de tranſlatione aliquorum oſſium S. Eadburgæ à monaſter: S. Mariæ ad Perſorenſe cœnobium.*

Comes Alwardus, qui Perſorenſe cœnobium in honorem S. Mariæ conſtruxit.

Lelandus.

Alwardus non erat primus fundator Perſoren: monaſter: ſed veteris, à Danis deſtructi, reparator.

Huic Alwardo agnomen Wada Angl: ſermone à conſanguineis ipſius eſt inditum, quod apud provinciales uſque in diem non delevit hodiernum.

Alwardus nepos Algivæ abbatiſſæ monaſter: S. Mariæ Winton:

Algyva abbatiſſa filia Ethelwoldi comitis extitit: cui Etheldrida, quæ regi poſtmodum Eadgaro juncta eſt connubio carnali, genitura mater fuit.

Alwardus petiit ab Algiva abbatiſſa partem relliquiarum S. Eadburgæ.

Sinciput itaque S. Eadburgæ cum aliquibus coſtis & minutioribus oſſibus accepit Alwardus ab Algiva centumque ei latenter libras enumeravit probatæ monetæ.

Alwardus acceptas reliquias in Perſorenſi collocavit eccleſia pridie Id. Octobr:

Wido abbas Perſorenſis.

Sæva peſtis in oppido Perſorenſi.

Miſſa celebrata apud S. Ægidium oppidum Perſore luſtratur fereto S. Eadburgæ.

Rogerius Prior Malverniæ.

Clemens Prior Lanhondenenſis.

Venerabilis Prior Lantoniæ nomine Clemens & opere vir ſingularis religionis, & elimatæ ſcientiæ [a] præcluis ſuo luxit tempore inter illuſtres viros Angliæ.

a *Id eſt*, præclarus *vel* inclytus.

Regi-

Reginaldus abbas Perſorenſis.

*Ex libello incerti autoris de vita Sanctæ Fredeſwidæ virginis.* Pag. 342. S. Frediſwida.

Circa A. D. 727$^{m}$. Didanus quidam ſubregulus civitatem Oxeneforde incolatus ſui frequentia honeſtabat.

Safrida uxor Didani.

Frideſwida filia Didani & Safridæ.

Algiva femina religioſiſſ: erudivit Frideſwidam. Algiva forſan abbatiſſa monaſter. S. Mariæ Winton:

Frideſwida fit Sanctimonialis, & 12. nobiles puellæ ejus exemplum ſecutæ ſunt.

Didanus, conjugis nuper amiſſæ dolore percuſſus, eccl: infra urbis ambitum conſtruxit, & in honore S. Mariæ ac omnium ſanctorum dedicatam filiæ commendavit poſcenti.

Ex regis itaque munificentia diverſoria religioni aptiſſ: ſecus eccl: conſtruuntur.

Rex Algarus, inflammatus amore Frideſwidæ, eam quamvis monacham in oxorem expetit.

Frideſwida fugit rapta navicula per Tameſim ad Bentonam, villam decem millium paſſuum hinc diſtantem, & ſylvam vicinam petit, ubi in derelicto porcorum [a] mapali hedera obducto delituit.

Algarus comminatur excidium urbi Oxenfordenſi non inventa Fredeſwida.

Algarus in pœnam tyrannidis ſuperum vi oculorum lumen amiſit.

Hinc innatus eſt horror regibus Angliæ, ut nec unus profecto ſucceſſorum ejus Oxenfordiam præſumat intrare. Superſtitio ne reges Oxonium intrent.

Manſit Frediſwida 3. fere annis in ſolitudine præfata, ſed non ignota incolis.

Frediſwida conſcenſa navicula propere venit ad prædium Oxon civitati propinquum, quod Buſencia dicitur, ubi oratorium conſtruxit ac ædificia. Buſencia.

Erat in prædicto prædio locus Thornebyri dictus ſolitarius, ac religioni aptus, ubi oratorium conſtruxit. Thornebyri.

Frediſwidæ precibus fons erupit in Thornebyri.

Obiit S. Fredeſwida 14. Cal: Novembr:

Sepulta eſt in eccl: S. Mariæ Oxoniæ prope Tameſim.

Æthelredus rex, combuſtis Danis qui in eccleſiam S. Mariæ confugerant, ambitum eccleſiæ ſicut ante voverat ampliavit.

*Ex libro Annalium Joannis Bevyr, qui à tempore regni Inæ regis Weſt-Saxonum uſque ad annum D. 1306. multorum hiſtorias deſloravit.* Pag. 343. [Jo. Caſtorens.] Joannes Bever monachus Weſtmonaſter:

Anno D. 1091. Gul: Rufus reſtaurat civitatem Cairleolenſem, & ex auſtralibus Angl: finibus illuc habitatores tranſmiſit.

[a] *Id eſt*, caſula.

Alwinus

Alwinus fundator monaſterii de Bermundeſey obiit 1094.

Anno D. 1106. Robertus dux Norman: captus lumine oculorum privatus eſt, ſalvis tamen orbiculis.

Anno D. 1115. obiit Lofſtane Domeſman, & ſepultus eſt Bermundeſey.

Anno 1117. Robertus primus Prior cœpit inhabitare Mertoniæ.

Anno D. 1119. obiit Petrus Prior de Bermundeſey primus.

Anno D. 1130. Algodus primus Prior S. Mar. de Southwark obiit. Succeſſit Ælgarus.

Anno D. 1134. Robertus Curthoſe dux Norman: obiit in cuſtodia, ſumpta mœroris cauſſa quod frater ejus rex Henricus robam ex ſcarleto ſuo corpori parum quadrantem ei tanquam contempto tranſmiſerit potius quam novam fieri pro eo curaret.

Anno 1140. Aldewinus fundator de Malverne obiit.

Gul: de Mandeville firmavit turrim London: anno D. 1141.

Robertus London: epiſcopus captus apud Fuleham à Galfrido Mandeville.

Anno D. 1144. Stephanus rex prohibuit comitem Gloceſtr: c
à [a] conſtruxione Flandrenſis caſtri, fugavit, & municipium in ſuam poteſtatem ſuſcepit.

Anno 1160. Maria abbatiſſa Rumeſiæ, filia regis Stephani, nupſit Matthæo comiti Boloniæ, ex qua duas ſuſtulit filias.

Anno D. 1176. Richardus comes de Striguil obiit.

Gul: comes Arundel hoc anno obiit, & ſepultus eſt apud Wimundeſham, unde patronus fuiſſe dinoſcitur.

Anno D. 1185. Gaufridus comes Britan: obiit, relinquens ex Conſtantia, filia Conani comitis Britan: duas filias, quo tempore Conſtantia gravida fuit Arturo.

Arturius. Anno D. 1191. inventa ſunt oſſa Arturi Glaſconiæ.

Anno 1195. Prior Hoſpitalis Hieruſalem fit epiſcopus Bangor.

Anno D. 1199 Divortium inter Hauwiſiam, filiam comitis Glovern: & Joan: regem, eo quod contingebant in 3. gradu conſanguinitatis.

Pag. 344. Joannes facto divortio duxit in ux: Iſabellam, filiam comitis Engoliſmi.

Anno D. 1210. Matildis femina nobiliſſ: uxor Gul: de Brauſa, & filius ejus Gulielmus & heres apud Wyndeleſore miſerabiliter fame perierunt, jubente rege Anglorum Joanne.

Gul: maritus Matildis fugiens apud Shorham mutatis veſtibus tanquam medicus transfretavit in Franc: & paulo poſt Pariſiis obiit.

Habuit autem Joannes rex fautores & conſiliarios præcipuos in hoc errore Gul: fratrem ſuum comitem Sareſbiriæ, Albericum

[a] *Sic.*

bericum de Ver comitem Oxon: Gaufridum filium Petri Juſtitiarium Angl: tres epiſcopos, Philippum Dunelmenſem, Petrum Winton: & Joannem Norwicenſ: Richardum de Mariſco cancellar: ſuum, Hugonem de Nevil prothoforeſtarium, Briennium de Inſula, Galfridum de Lucy, Hugonem de Baiiol. & Barnardum fratrem ejus, Gul: de Wrotham cuſtodem Portuum, Robertum de veteri ponte, Fulconem de Cantelou, Reginaldum de Cornhul vicecomitem Cantiæ, Robertum de Braybeuf, & Henricum ejus filium, Philippum de Lovetotis, Joannem de Baſſingburne, Philippum Marcum [a] caſtellinum de Notingham, Petrum de Malo lacu, Robertum de Gaugi, Girardum de Athie, Ingelardum nepotem ejus, Gul: Breuere, Petrum filium Huberti, Thomam Baſſet, Falcaſium de Breaute natione Normannum, & alios quam plures. Richardus de Mariſco.

Anno D. 1212. Maugerus epiſcopus Wigorn: ob libertatem eccleſiæ Angl: & executionem juſtitiæ exul obiit apud Pontiniacum.

Eodem anno Southwerk combuſta eſt, & capella ſuper pontem.

Runemede, id eſt, pratum conſilii inter Stanes & Windeleſhore, eo quod antiquis temporibus ibi de pace regni ſæpius conſilia tractabant. Ubi Barones & regii conſilium de pace capiebant.

Joannes rex cepit caſtrum Roffenſe, in quo Gul: de Albineto & alii barones.

Savaricus de Melleone,<br>Girardus de Scotingin,<br>Gualterus Buc, } capitanei extraneorum quos Joan: rex conducebat.

Caſtrum de Berwic captum à Joanne rege. Pag. 345.

Anno 1216. caſtrum de Cantebrige à baronibus captum.

Odiham caſtrum à Ludovico filio Galli captum.

Henr: 3. juvenis.

☞ Gul. Mareſcallus comes Penbrok, rector regis & regni. Gul: Mareſcallus comes Penbrochiæ.

Gul. de Breaute, frater Falcaſii de Breaut, capto caſtro Bedefordiæ ſuſpenſus eſt.

Joan: Giffard miles illuſtris genere occiſus ſpiculo in obſidione Bedeford.

Richardus Magnus Lincoln: cancellar: caſſata electione Gualteri monachi Cantuar: fit epiſcopus Cantuar.

Gilbertus de Clare comes Gloverniæ obiit in Britannia anno 1230.

Sidingeburne in Cantia.

Anno D. 1232. Ranulphus comes Ceſtriæ & Lincoln: obiit apud Walingforde.

Gilbertus Baſſet ſpoliatus de manerio de Netherhaven in Wileſhire à Joan: rege.

[a] *Sic.*

Guarinus Baſſet occiſus in aſſultu caſtri de Cairdif.

Anno D. 1235. Diluvium in mariſco de Wiſebeche.

Richardus heres comitatus Glovern: Margaretam filiam Huberti de Burgo comitis Cantiæ in ux. accepit.

Anno D. 1237. Joannes Scotus comes Ceſtriæ potionatus, ut dicitur, obiit.

Anno 1238. Alienora comitiſſa Penbrok ſoror Henr: 3. nupſit Simoni de Monteforti: quod conjugium præſente Simone Romæ confirmatum.

Eodem anno Richardus de Clare, filius comitis Glover: nupſit Matildi, filiæ comitis Lincoln:

Hoc anno Joanna regina Scotiæ, ſoror regis Angl: quæ Tarentum in Wileſhir. venerat ut fratrem viſitaret, obiit apud Tarentum domum Sanctimonialium.

Henr: Turbevil miles præclarus.

Maideſtan epiſcopus Hereford: fit Franciſc: Oxonii.

Iſabella uxor Richardi comitis Glovern: obiit ſub partus diſcrimine.

Pag. 346. Odo de Kilkenni, tanquam anteſignanus ſcholaſtic: ſeditionem Oxon: contra Othonem legatum facientium, cum aliis octodecim ſcholaſticis captus & in carcerem detruſus.

Joanna regina Scotiæ, ſoror regis Angl: obiit in Anglia, & apud Tarentum ſepulta eſt.

Mr. Richardus de Wendour epiſcopus Roſenſis.

Defuncto Petro Winton: epiſcopo, rex omnino promovere ad eam ſedem ſtudebat Gul: electum Valentini comitis Flandrenſis fratrem: ſed monachi elegerunt Wilhelmum de Rale familiariſſ: regis, quem ipſe rex indignatus ſtatim reppulit, & ſimili modo epiſcopum Ciceſtriæ ab eiſdem electum, & officio Cancellariæ privavit.

Simon de Monteforti à tranſmar: partibus veniens ſubito factus conſiliarius regis.

Anno D. 1239. Alexander epiſcopus Coventrenſis obiit Andevoræ, pro quo Canonici tandem elegerunt Hugonem Pateſhul theſaurarium regis de Scaccario.

Anno eodem Edwardus regis primogenitus natus Weſtmonaſter: 14. Cal: Julii.

R. de Maideſton epiſcopus Herefordenſis cedens epiſcopatui factus eſt frater Prædicator: Oxon.

Gul: de S. Joanne & Henr: de Turbeville obierunt.

Hubertus de Burgo ut ſibi placaret regem, reſignavit caſtra, Blanchum caſtrum, Groſſemont, Stenefrith, & Haedfhfeld.

Gul. de Rale ex electo Norwicenſi fit tandem epiſcopns Winton.

Anno D. 1240. obiit Gul: comes Warennæ London: 10. Cal. Jul.

Gul.

Gul: de Haverhul canon: S. Pauli London: fit theſaurarius regis pro Hugone Pateſhul.

Joannes comes Lincoln: obiit.

Petrus de Egleblank fit epiſcopus Hereforden:

Joannes filius Roberti unus de præcipuis baronibus borealis partis obiit.

Anno D. 1241. comes de Alba Marla, Gul. de Fortibus, Petrus de Malo lacu, & alii nobiles iter Hieroſoly: accipiunt.

Petrus de Sabaudia, avunculus reginæ, fit comes Richemont. Pag. 347.

Gilbertus Mareſcallus comes de Penbrok, extra villam Herefordiæ toto corpore confractus in haſtiludio, obiit, & London: delatus ibidem ſepultus eſt. Gualterus frater ejus vix comit: adeptus eſt, quod Gilbertus haſtiludium celebraverat, prohibente rege.

Rogerus epiſcopus London: obiit 4. Cal. Octobr.

Hugo de Pateſhul epiſcopus Ceſtrenſis obiit 7. Id. Dec:

Robertus de Somercote Anglus Card: obiit.

Stephanus Segrave, Walterus Laſci, Gilbertus Baſſet, Joannes Byſette Angl: protoforeſtarius Robertus Marmion, Petrus de Bruſe, & Viſcardus Leydet [a] obierunt.

Eudo frater comitis Richardi, Haimo Peche, Balduinus de Betune, Joannes filius Joannis dicti comitis ſeneſcallus, Joannes de Bello campo miles elegantiſſ: Girardus de Furnivaulx, & alii obierunt eundo in terram ſanctam, vel redeundo.

Anno D[i] 1242. Richardus comes Cornubiæ rediens à Francia in Angl: naufragio jactatus venit ad quandam inſulam prope Cornubiam, quo tempore votum fecit ædificaturum ſe cœnobium: id quod præſtitit.

Richardus de Burgo, vir mag: poſſeſſionum in Hibernia, & Hugo de Lacy, vir potentiſſ: obierunt.

Jocelinus epiſcopus Bathon: obiit, plenus dierum.

Anno D. 1243. Mortuo abbate Eoveſhamenſ: electo Coventrenſi monachi elegerunt præcentorem ſuum Gul. de Monte Peſſulano. Sed rex elect: obſtitit.

Gul. electus Winton: venit nudis pedibus ad portas Winton: ſed repulſus à militibus regis urbem interdicto ſuppoſuit.

Anno D. 1244. Rogerus Præcentor Sarum fit epiſcopus Bathon.

Radulphus de Nova villa, Angl: cancellarius, epiſcopus Ciceſtrenſis, London: in nobili palatio ſuo, quod a fundamentis conſtruxerat, non procul a novo templo & domo converſorum obiit Cal. Febr.

Thomas de Monemuth & Rogerus Mouhant marchii potentes in finibus Walliæ.

Pag. 348. vacat.

[a] Obiierunt *MS.*

Pag. 349. *Ex libro Annalium, cui titulus Memoriale fratris Gualteri de Coventre.*

Joannes rex Angl: genuit Henricum regem Angl: Richardum regem Alemanniæ, Izabellam Imperatricem, Alienoram comitiſſam Penbroke, & Joannam principem uxorem Lewelini veteris.

Richardus rex Alemanniæ genuit Henricum & Edmundum comitem Cornubiæ.

Simon Montisfortis, comes Leirceſtriæ, genuit Henricum, Simonem, Emericum, Guidonem, Richardum, & Alienoram uxorem Lewelini ultimi ex Alienora Henrici 4. patris Edwardi illuſtris regis Angl:

Henr: 4: appellat. ratione Henrici 3. regis, qui una cum Henr: 2. patre ſuo regebat.

Port-hunde, i. e. oppidum canis. Leyland. Forſan rectius Portus canis marini.

Dux Alfhelmus prope Salop: ducem à Godwino Porthund Edrici comitis Merc: interfectus. Parvo interjecto tempore filii ejus Wlfeagus & Ufegetus juſſu regis Ægelredi apud Cocerham, ubi ipſe tunc degebat, cœcati ſunt. Cokerham.

Ceolegia vicus in Barokſhir prope Walingford.

Brictricus frater Edrici Streona ducis Merc:

Edricus Streona habuit in uxorem filiam regis Ægelredi nomine Egitham.

Wathlingeſtreate, i. e. ſtrata, quam filii Wathle regis ab occidentali mari uſque ad orientale per Angl: ſtraverunt.

Lindiſienſes.

Fifburgenſes.

Athelmarus comes Dãnoniæ tempore Canuti regis.

Edmundus Irenſide duxit in uxorem apud Maildulphi urbem relictam conjugem Sigeferthi Aldgytham, contra voluntatem patris ſui. Hic Sigefertus cum Morkaro fratre ſuo paulo ante interfectus. Fuerunt filii Eanigmi, potentes inter Seonenburgenſes, dolo Edrici Streonæ interfecti.

Utredus comes Northumbr. à Turebrando juſſu Canuti regis occiſus.

Et cum eo Turketillus Neavanæ filius.

Edwinus, regis Edmundi Yrenſide frater germanus, exulat.

Edwius, frater Edmundi regis, dolo Edrici occiſus.

Pag. 350. Edwardus & Edmundus regis Edmundi Yrenſide filii.

Wlſtanus archiepiſcopus Ebor: Hely ſepultus.

Ealnotus Lincoln: epiſcopus quondam Kameſigenſis præpoſitus.

Eathericus Lincoln: epiſcopus in monaſter: Kameſiæ ſeplitur.

Edwardus confeſſor rex frater uterinus Hardecanuti regis.

Thuri Mediterraneorum Anglorum, Leofric Merciorum, Godwinus

Godwinus Weſtſaxonum, Siwardus Northumbrorum, Rom. Mageſetenſium comites tempore Hardecanuti regis.

Alunordus epiſcopus London: qui ante & poſt acceptum epiſcopatum abbatis jure Eoveſhamenſi cœnobio præfuit, obiit Rameſige, ubi & ſepultus eſt.

Gunilda filia Witgeorni regis, & [a] ſoror Canuti regis, & uxor comitum Hacuni & Haraldi, morte viduata cum duobus filiis Heminingo & Turkillo exulat Angl.

Deus Helith colebatur in pago de Cernel tempore Auguſtini Angl: apoſtoli.

Elwoldus frater Edmundi regis & martyris heremita apud Cernel. Cui poſtea ſuccedens Ælwardus, homo prædives, cœnobium eo in loco Dº. Petro conſtruxit.

Noverca Edwardi martyris fecit monaſter: Ambreſbiriæ cauſſa pœnitentiæ.

Hibernienſes pyratæ [b] tranſeuntes Wege flu: Dimedham incenderunt.

Godwinus comes in Cantia, Sudſaxonia, Weſtſaxonia.

Filius Godwini primogenitus (Suanus) comes in Oxenfordia, Glovernia, Herefordia, Somerſetia, Barrochia.

Haroldus alter filius comes in Eſtſaxonia, Eſtanglia, Huntingdonia, Grantebrigia.

Eodulphus comes, Godæ, ſororis Edwardi regis, filius.

Godwinus comes exulat cum Githa uxore & 5. filiis.

Toſti filius Godwini duxit Juditham, Balduini Flandrenſium comitis filiam, in uxorem. Pag. 325.

Egitha regina, Edwardi regis uxor, & filia Goduini comitis repudiata.

Ægelwinus comes factus monachus apud Deorhurſte, ſed ſepultus apud Perſore.

Eadnotus epiſcopus Lincoln: conſtruxit eccleſiam S. Mariæ de Stow. Leofricus comes Mer: prædia & ornamenta adjecit.

Edwinus dux Merc: & Morcharus comes Northumbrorum. Leland: Fratres, ut memini, fuerunt.

Paulus comes Orcadum.

Egelmarus epiſcopus Eſtangl: frater Stigandi archiepiſcopi Cantuar:

Oſherus, Wicciorum ſubregulus, inter primos fundatores Wigorn: eccleſiæ numeratur.

Conſpiratio comitum Southfolk (folke), Hereforde & Northumbre apud Yxmnga in pago de Grantebrige.

Egitha, uxor Edwardi regis & confeſſ: ac germana Haroldi regis, ſepulta eſt Weſtmonaſter:

a Sororis *MS.* b Tranſeunte *MS.*

Bernardus

Bernardus de Novo Mercato, Rogerus de Laceio, Radulphus de Mortuo mari, } conſpirant in finibus Walliæ contra Gul: Rufum.

Odo de Albamarla tempore Gul: Rufi.

Res Wallanorum rex, in Paſcha prope Breknoc occiſus in pugna, & nomen regium cum eo extinctum.

Gerardus epiſcopus Ebor: obiit, pro quo Thomas, prædeceſſoris ſui Thomæ fratruelis, eligitur.

Novum opus de Cireceſtre inceptum ab Henr: primo.

Everardus epiſcopus Norwicen: tempore Henr. primi.

Rogerus, nepos Gaufridi de Clinton, Bukingamienſis archidiaconus, factus epiſcopus Ciceſtrenſis ſub finem reg: Henr: primi.

Richardus filius Urſi virum ſe oſtendit Lindi in gratiam Stephani regis, qui ibidem captus fuit una cum filio Urſi Richardo.

Stephanus rex obſedit caſtellum de Newbyri, quod non procul eſt ab Winton: & expugnavit.

Caſtrum Malmeſbyri cum oppido ab Henr: filio Matildis juvene captum.

Rex Stephanus pugnaturus cum Henrico apud Malmeſbyri inundatione Avonæ & procella in faciem ejus verſa receſſit Londinum.

Jordani, capitanei Stephani, Malmeſbir: virtus in defendenda magna caſtelli turre.

Pag. 352. Drache caſtellum. Stephanus rex diruebat caſtellum nomine Drache prope Eboracum.

Rolandus captus ab Henr: 2°. in Wallia.

Duellum inter Henricum de Eſſex & Robertum de Mounfort.

Conſilium apud Clarendon.

Conanus, dux Britanniæ, ex ſorore Gul. regis Scottorum filiam reliquit heredem, quam Gaufridus duxit, & genuit Arturum, & ſororem ejus Alienoram.

Dubito num Alienora germana ſoror fuerit. Uterinam fuiſſe ſcio.

Henricus de Agnis nobiliſſ: Baronum Angl: cum uxore, & 2. filiis, & Radulpho de Bello monte, medico, & familiari epiſcopo, & Gul: de Sulennio cum multis aliis nobilibus naufragio perierunt transfretando è Normannia in Angl:

Percuſſores Thomæ Beket ſeceſſerunt in occident: Angl: partes uſque ad Cnareſburg, villam Hugonis de Morevilla.

Henricus 2. à Penbroke 400. mag: navibus Hiberniam petiit.

Prodiga liberalitas Henrici, filii regis Henr: 2. conſpirantis in patrem.

Tota Cantia cum caſtello de Doure & Roffenſi data ab Henr:

Henr: filio rege Philip: comiti Flandriæ.

Kirketune in Lindeſey data Mattheo Philip: fratri comiti Bononiæ.

Terra de Northumbrelande data Gul: regi Scott:

Comitatus de Huntingdon & Grantabrigienſis datus in augmentum Davidi, fratri Gul: regis Scott:

Cuſtodia caſtelli Norwicenſis data Hugoni Bigot & heredibus ſuis.

Hugo de S. Maura, Gul. de S. Maura, Jocelinus de S. Maura.

*Autores proditionis in Henr: patrem regem.*

Gul: rex Scot: & David frater ejus. Robertus junior comes Leirceſtr: Robertus comes de Ferrares. Comes Hugo Bigod. Hugo comes Cheſtre. Rogerus de Moubray, & Nigellus, & Robertus filii ejus. Haymo de Maſcy. Th: de Muſchamp. Robertus de Loundres. Gaufridus de Conſtantine. Richardus de Morvilla.

Haimo de Maſcy tenuit caſtellum de Doneham & de Ullerwele.

Doneham } caſtella.
Ullerwele }

Pag. 353. Gaufridus de Conſtantine tenuit caſtel: de Stokeport.

Stokeport caſtel: Forſan Stopord ſuper ripam Merſey in Caſtria.

Richardus de Moreville tenuit caſtel: de Lauuedra. Lelandus. Hic Moreville unus fuit procerum Gul. regis Scottorum.

Lauuedra caſtel:

Reginaldus comes Cornubiæ advunculus regis.

Reginaldus comes Cornubiæ nothus Henrici primi.

Robertus comes Leyrceſtre obſedit & cepit caſtellum de Hageneth, quod Ranulphus de Broc habuit in cuſtodia. Hageneth caſtellum.

Robertus de Vallibus cuſtos Carleoli.

Caſtellum de Lidel, quod fuit Nicolai de Stoteville, à Gul: rege Scotiæ captum. Nicol: Stoteville.

Caſtella regis de Burgo & de Appleby, quæ Stoteville cuſtodiebat, capta à Scotto.

Hirebthle caſtellum Odonelli Unfranvile à Scotto captum. Caſtellum ejuſdem de Prudeho obſeſſum, at non captum.

*Duces Angl: exercitus cum Gul: Scottorum rex apud Alnewic caperetur.*

Robertus de Stoteville.
Gul: de Stotevile ejus filius.
Gul: de Veſcy.
Randulphus de Glanville.
Randulphus de [a] Tilley conſtabular. familiæ epiſcopi Ebor.
Bernardus de Bailiol.
Odonellus de Unfranville.

[a] *Sic, cum duob. punctis ſub e.*

7 Gaufridus

Gaufridus Lincoln: electus filius Henr: $2^{i}$. cepit caſtellum de Axholm, & de Maleſard Rogeri Moubray. Et firmavit quoddam caſtellum apud Topeclif, & tradidit cuſtodiendum Gul: Stoteville.

[23. H. 2.] Anno D. 1,176. obiit Richardus comes de Strigul, quem rex Hiber. juſtitiarium fecerat.

Hoc anno caſtella de Maleſard & Treſke, & caſtella de Fremelingham & Bungey diruta juſſu Henrici patris regis.

Item caſtellum & mœnia Leirceſtr.

Baronia Chahannes. Gul: de Chahannes, odio ductus comitis Leirceſtr: domini ſui, voluit tenere Baroniam ſuam à rege, non à comite: ſed ☞ Henr: rex conſilio juſto noluit comiti injuriam facere.

Henr: pater rex dedit Davidi regi Norwal: qui ſororem ſuam in uxorem duxerat, terram de Helleſmaria. Et dedit Rheſo Sudwalliæ terram de Mernid.

Principes Walliæ. Rex Henr: conſtituit Oxon: Joannem filium regem Hiber: David, Rheſus, Catwalanus rex de Delwaine, & Owenus de Keveliauc, Griffinus de Bromefeld, & Madocus filius Jereuerdi Crundon, venerunt Oxon: ad Henr: 2.

Pag. 354. Gaufridus, nepos Rogeri epiſcopi Ebor: præpoſitus Beverlacen: & cancellar: Henrici filii regis Angl: & Robertus, magiſter ſcholarium Ebor. vir omni morum honeſtate redimitus, inter transfretandum inter Angliam & Norman: naufragio perierunt.

Hugo de Lacy offendit regem, quod ſine ejus licentia ceperat ſibi in conjugem filiam regis Conactiæ ſecundum morem patriæ illius. Qua propter rex novos cuſtodes tranſmiſit qui Dubliniam ſervarent.

Anno D. 1181. Hugo comes Ceſtriæ obiit, & Ranulphus filius ejus ei ſucceſſit.

Gul. de Mandeville comes Albemarlæ anno D. 1184.

Hoc anno Ranulphus Poer vicecomes Gloceſtre ab Wallis interfectus.

Anno D. 1183. Henricus rex & Gaufridus filii regis $2^{i}$. moriuntur.

Hoc anno rex Henr: dedit epiſcopatum Lincoln: Gualtero de Conſtantiis clerico ſuo, qui vicaverat 18. annis, ſcilicet à tempore Roberti de Thennay epiſcopi.

Simon tertius comes de Huntingdone obiit anno D. 1184. Rex reddidit comitatum illum Gul: regi Scot: qui illum ſtatim dedit Davidi fratri ſuo.

Gilbertus de Plumton nobilis miles injuſte à Ranulpho Glanville condemnatus Wiceſtriæ, & ad crucem perductus, clamore populi & epiſcopi Baldewini autoritate liberatus, & poſtea à rege juſte dimiſſus.

Anno

Anno D. 1186. Robertus de S. Albano Anglus duxit in uxorem neptem Saladini.

Hoc anno Paulinus de Leedes eligitur ad epiſcopatum Carleoli, quem refutavit: & ut epiſcopatum acciperet, obtulit ei rex quod epiſcopatum illum ditaret trecent: marcarum redditibus, videlicet de eccleſia de Bamburc, de Scarburg, capellaria de Tikil, & 2s. maneriis prope Cairliſle.

Anno D. 1186. Ermengard, filia Richardi vicecomitis de Bellomonte, nupſit, rege Henr: procurante, Scottorum regi in capella de Wodeſtok.

Anno D. 1188. tota fere villa de Beverlaco cum nobili eccleſia S. Joannis epiſcopi combuſta eſt.

Hoc anno obiit Gilbertus de Semplingham.

*Liberalitas Richardi Ducis Aquitaniæ & Normanniæ paulo antequam coronatus eſſet in regem Angl:* Pag. 355.

Dedit Joanni fratri ſuo comitatum Moretonii, & comitatum Cornubiæ, & Dorſet, & Sumerſete, & Notingham, & Derbiſhire, & comitatum de Lancaſtre, & caſtellum de Merleberge, & de Luthegareſhale, cum foreſtis, & omnibus pertinentiis ſuis: Et honorem de Walingford, & honorem de Tikehil, & honorem de Eya, & comitatum Gloceſtre cum filia comitis, & eam fecit ei deſponſari ſtatim Baldewino archiepiſcopo Cantuar: prohibente quia erant conſanguinei in 4 gradu. Præterea dedit illi le Pek, & Boleſoures. Sed quædam caſtella prædictorum comitatuum & honorum retinuit in manu ſua.

Scribit paulo inferius comitat: Cornub: Devon: Dorſet & Somerſet datos paulo poſt coronationem Joanni.

Boleſoures caſtellum.

Præterea idem dux dedit Andreæ de Chavenni filiam Radulphi de Dols, cum honore caſtri Radulphi in Berria, quæ fuerat uxor comitis Baldewini de Rivers, & ſtatim fecit eos deſponſari apud Sareſbiriam in præſentia Alienoræ reginæ.

Et Gulielmo Mareſcallo filiam comitis Richardi de Striguil.

Et Gilberto filio Rogeri filii Rainfray filiam Gul: de Lancaſtre.

Gul: comes Mareſcallus accepit in uxorem filiam Richardi comitis de Striguil.

Et Gaufrido fratri ſuo notho, qui quondam fuerat electus Lincoln: archiepiſcopatum Eboracenſem.

Theſaurus Hen: 2i. regis excedens centum M. marc:

*In coronat: Richardi regis.*

In proceſſione inter abbates & epiſcopos 4. barones portabant 4. candelabra aurea.

Godefridus de Lucy portavit pileum regis.

Gul: Mareſcallus comes Striguliæ portabat reg: ſceptrum.

Gul: Patricii comes de Sareſbyri portabat virgam auream.

David frater Gul: regis Scotiæ comes Huntingdon, Joannes comes Moretonii frater regis, Robertus comes Leirceſtriæ, } portabant gladios ante regem.

Sex comites portabant inſignia & veſtes ſuper ſcaccarium.
Gul: de Mandeville comes Albemarle portabat coronam.
Rex medius ibat inter duos epiſcopos.
Quatuor barones portabant umbraculum ſuper regem.
[a] * Joannes Mareſcallus portabat calcaria.
Rex in offertorio miſſæ obtulit marcam puri auri.

---

Pag. 356. Sandeberge. Richardus rex vendidit manerium de Sanberg Hugoni epiſcopo Dunelmenſi pro 600. marcis.

Vendidit rex etiam Hugoni comitatum Northumbriæ pro tempore vitæ ſuæ.

Henricus frater Gul: Mareſcalli factus à rege Decanus Ebor:

Mildilhale. Sampſon abbas S. Edmundi emit à rege Mildilhaul.

Hugo de Puteaco nepos H: Dunelmen: epiſcopi comes de Bahar ſuper Setanam (Sequanam c) obiit, & ſepultus eſt in Galilea apud Dunelmum.

Galilea locus in occidentali parte Dunelmenſis eccleſiæ.

Rex Richar: dedit Gaufrido fratri ſuo electo Ebor: villam de Wicumba cum pertinentiis in Anglia. Et in Normannia comitatum Gisfardi. Et in Andegavia honorem de Blangery.

Poſt diſceſſum Richardi regis contentio inter Hugonem Dunelmenſem & Gul: regis Cancellar: epiſcopum Elien: quis eorum major haberetur.

Gul: epiſcopus Elien: procurente Richardo rege, fit legatus totius Angl: & Scotiæ.

Joanna reg: Siciliæ ex cuſtodia per Richar: regem fratrem ſuum liberata.

Anno D. 1190. Richar: rex dedit Othoni nepoti ſuo, filio Matildis ſororis ſuæ, quondam duciſſæ Saxoniæ, comitatum Ebor:

Sed poſtea dedit ei in commutat: comitatus Ebor: Pictavenſem.

☞ Robertus comes Leirceſtr: in Romania verſus terram Hieruſalem obiit anno D. 1190. [Rob. Blanchmaines.]

Diſcordia Meſſanæ inter Regem Richardum & Gul: de Barres, militem regis Franciæ, in pugna equeſtri cum cannis, Robertus de Brechville, filius Roberti comitis Leyrceſtriæ, quem rex die præcedente accinxerat gladio comitatus patris ſui, injecit manum in Gul: de Barres. Sed rex prohibuit ſtatim.

Robertus Brechvile 4[s]. ut colligo, poſt conqueſtum Leirceſtriæ comes.

[a] *Sic, cum aſteriſco.*

Beren-

Berengaria, filia regis Navarræ, nupſit Richardo regi Angl: apud Limeſzun in Cypro inſula.

Rex Cypri conjectus in vincula ex auro & argento facta. Iſcaſius rex.

Cypros inſula tradita in cuſtodiam Richardo de Camvile, & Roberto de Turneham, à Richardo rege Angl: Pag. 357.

Richardus de Camville relicta Cypro venit ad Acon, ubi mortuus eſt.

Radulphus filius Godefridi miles Richardi regis, & cuſtos Iſaſii regis Cypri, obiit Tripoli.

Gul: de Pratel, familiaris Richardi regis, occiſus eſt extra muros Joppe à Saracenis.

Gul: de Ventdeuale factus cuſtos caſtel: de Tikhil in Angl: [quod antea fuit Gaufridi Martel.] Vendeuale.

Richardus de Pek factus cuſtos caſtri de Boleſofres.

Comes Rogerus Bigot accepit caſtrum de Hereford in cuſtodiam.

Gualterus filius Roberti accepit caſtellum de Ey in cuſtodiam.

Gul: Mareſcallus comes Striguil oſtendit ſenatui Angl: literas Richardi regis.

Boleſofres caſtel: ut ex hiſtor: app: circa fines provintiæ de Darby. [a] Eſt in Scarſdale, ut memini″.

Ex hoc loco apparet Gul: comitem Mareſcal: alium eſſe à comite Bigotto.

Roſamunda, Henr: 2$^{i}$. concubina, tranſlata è celebri tumulo ad incelebrem per Hugonem epiſcopum Lincoln:

Abbas pontis Roberti in Sudſaxia.

Hubertus Walterus epiſcopus Sareſbirienſis electus in archiepiſcopum Cantuar:

Henricus Mareſcallus, frater Gul: comitis Mareſcalli, decanus Ebor: fit epiſcopus Exonienſis.

Henr: abbas Gleſſenbirienſis fit epiſcopus Wigorn:

Richardus rex in Angl: reverſus diſſeſiavit apud Notingham Girardum de Caumville de caſtello & vicecomitatu Lincoln: Et Hugonem Bardulf de vicecomit: & caſtello Ebor: & caſtello de Scardeburg, & de cuſtodia de Weſtmerland.

Clipeſton prope partes de Shirewoode.

Richar: rex cum rege Scott: apud Wirkeſop & Southwel.

Richar: rex & Scottus apud ædes Petri foreſtarii de Rotheland: & deinde apud Gaymdinton.

Richardus rex apud Silveſton circa partes Northampton.

Richardus rex diſſaiſiavit Godefridum de Lucy Winton: epiſcopum de caſtello & comitatu Winton: Pag. 358.

Rogerus Bigot comes Northfolc: Gul: comes de inſ: Vectæ, comes de Ferrariis, & comes Sareſbiriæ portabant umbraculum ſericum Winton: ſuper Richardum in ejus 2$^{a}$. coronat.

[a] *Hæc verba ſunt à manu Lelandi, ſed diverſo atramento. Adjecta nempe, poſtquam ſuperiora ſcripſerat.*

Gul: rex Scotiæ,<br>Hamelinus comes de Waren,<br>Ranulphus comes Ceſtriæ, } portabant gladios ante regem.

Hugo de Puteaco epiſcopus Dunelmen: ſponte reddidit Richar: regi comitatum Northumbriæ cum caſtellis & pertinentiis, & præcepit rex ut ea traderet Hugoni Bardulpho.

Staneſtede. Rex Richardus receſſit à Porteſmuth ad Stanſtede cauſſa venandi.

Anno D. 1195. Hugo epiſcopus Dunelmen: obiit apud Hovedune, & ſepultus eſt Dunelmi in capitulo Monachorum.

Gualterus de Ferlington cuſtos Dunelmen: caſtri, Henr: Ferlington cuſtos caſtelli de Norham, quæ ſumpta in manus regis Hugonem Bardulphum cuſtodem habebant.

*Concordia inter Richar: regem & Joan: fratrem ejus.*

Remiſit Joan: fratri omnem malevolentiam, & reddidit ei comitatum de Moreton: & honorem de Eya, & comitatum Glocestr: cum omni integritate eorum exceptis caſtellis. Et pro aliis omnibus comitatibus & terris ſuis dedit illi rex 8. M̄. libr. Andegavenſis monetæ.

Richar. rex infirmus, pœnitentia motus, concubinas amovet, uxoremque, quam à longo tempore non cognoverat, recepit.

Petrus Prior de Binham in Northfolc.

Anno D. 1196. Henr: Wigorn: epiſcopus obiit. Joannes de Conſtantiis Rothomagen: decanus ſucceſſit. Hoc anno Gul: de Forz comes Albemarliæ obiit. Cui ſucceſſit Baldewinus de Beton dono Richar: regis Angl: & duxit uxorem comitiſſam Albemarliæ.

Gul: de Forze. Balduinus de Betun.

Totenhil locus prope London.

Hugo de Chaumont miles regis Franc: captus, & Richar: regi miſſus. R. de Ros cuſtos H. Chaumont.

Pag. 359. Anno D. 1197. Joanna, ſoror Richar: regis Angl: & uxor Reimundi comitis S. Egidii, primogenitum filium nomine Reimundum peperit.

Jordanus de Curcy, frater Joannis de Curcy principis reg: de Ulueſtre, interfectus eſt ab Hibernienſi familiari ſuo &c. ut Joan: ejus frater in vindictam multos ex Hibernis interfecerit.

Hugo de Puteaco inter cetera dedit villam de Herſeuuelle in ſuſtentationem monach: de Finkehale.

Anno D. 1198. Gaufridus filius Petri Juſtitiarius Angl: mag: congregato exercitu profectus eſt in Walliam ad ſuccurrendum hominibus Gul: de Brauſe, quos Wenhunwin, frater Cadwalani, obſederat in caſtello Matildis &c. ut 3. M̄. Wallorum ceciderint, uno tantum Anglo deſiderato.

Caſtellum Matildis in Brachania.

3 Ga-

Gamages caſtellum reges Angl: circa partes caſtelli de Vernoun regis Franc. Gameges.

*Dictum Richardi regis in Fulconem ſacerdotem, increpantem & jubentem ut abjiceret ſuas 3. filias, ſuperbiam, cupidit: luxuriam.*

"Do ſuperbiam Templariis, cupiditatem monachis, luxu-"riam eccleſiarum prælatis."

Mortuo Richardo rege Robertus de Turneham tradidit Joanni, fratri Richar: regis, caſtellum de Chinoun, in quo erat theſaurus Richar: regis.

Euſtachius de Veſci gener Gul: regis Scotiæ.

Joannes rex die Coronat: ſuæ accinxit Gul: Mareſcallum gladio comit: de Striguil: & Gaufridum filium Petri gladio comitatus de Eſſex: qui licet ante vocati eſſent comites, & adminiſtrat: comit: ſuorum habuiſſent, non tamen erant accincti gladio comitatus.

Joan: rex tradidit Gul: de Stoteville Northumbr: Cumbriam cum caſtellis & comitatibus in cuſtodiam, quæ Hugo Bardulf cuſtodierat: & reddidit Rogero de Lacy conſtabular: Ceſtriæ caſtellum ſuum del Pontfreit, accepto prius filio ejus & herede in obſidem.

Rivera de Andely, } in Norman:
Rivera de Ethe, }

Gul: de Rupibus dux exercitus Arturii comitis Britan:

Joanna quondam reg: Siciliæ, & uxor comitis S. Egidii obiit, & apud Fontem Ebrandi inter velatas ſepulta.

Mater Arturi relicto Ranulpho [a] comiti Ceſtriæ marito ſuo nupſit Guidoni de Tuaz, fratri prædicti vicecomitis de Tuaz. Pag. 360.

Anno D. 1198. Philippus nothus Richar: reg: Angl: cui pater dederat caſtel: & honorem de Cuinac, interfecit memoratum vicecomitem de Limogez in vindictam patris ſui.

Hoc tempore ponte de Berwic inundatione aſportato, Philippus epiſcopus prohibuit ne pontem reædificarent. Nam altera pars ripæ terra erat Dunelmenſis epiſcopi. Tandem tamen pons refectus rogante Gul: de Stoteville.

Epiſcopus de S. Paterno in Wallia.

Anno D. 1200. Joan: rex dedit Philippo Dunelmen: epiſcopo licentiam habendi ſingulis annis nundinas apud Hovedune & Alverton.

Et Gul: de Eſtoteville dedit idem rex licentiam habendi nundinas ſingulis annis apud [b] Butteroham (ham) & apud Cotingham, & in iiſdem locis firmare caſtella.

[c] Butterham, } caſtel:
Cotingham, }

[a] *Sic.* [b] *Sic.* [c] *Sic.*

Et

Et idem rex dedit Richardo Malebiſe licentiam firmandi caſtellum apud Quelric: quod cum pene firmaverant cives Ebor: conſiderantes hoc fieri in eorum damnum & opprobrium, effecerunt adverſus Gul: Stoteville tunc vicecomitem Ebor: quod ipſe ex parte regis prohibuit Richardo Malebiſe, ne ipſe caſtellum illud firmaret, & ſic remanſit.

*Contentio orta tempore Henr: 2. inter Robert: Stotevil: & Rog: de Mowbray de Baronia ſua.*

Robertus Grimdebeof, proavus hujus Gul: de Stotevil, habuit Baroniam illam de acquiſitione Angl: ſed quia Robertus Grimdebeof relicto Henr: 1°. ſecutus eſt partes Roberti Curthoſe, & una cum eo bello captus eſt, dedit ejus Baroniam rex Henr: Nicolao de Aubeni, proavo iſtius Gul: Moubraye.

*Concordia* 1ª.

Rogerus Moubray dedit Roberto Stoteville, ut liti cederet de Baronia ſua Kirkeby in Moreſhefd.

*Secunda contentio de Baronia inter duos Gulielmos, filios prædictorum Roberti & Rogeri, anno 2. Joannis regis,*
*Low*
*per quem apud Lue, villam epiſcopi Lincoln: in Lindiſſey, finita eſt.*

Gul. Moubray dedit Gul: Eſtoteville feodum decem militum, & duodecim libratas reddituum.

Pag. 361. Fons de Wy non longe à Cantuar: benedictus ab Euſtachio abbate de Fley multis ſanitatem contulit.

Anno D. 1200. Joannes rex vendidit pro quinque M̄. marc: Gul: de Brauſa totam terram Philippi de Wiceſter, & totam terram Theobaldi Walteri in Hibernia.

Theobaldus autem Walterus auxilio Huberti epiſcopi Cantuar: fratris redemit 500. marcis à Gul: Breuſa terram ſuam.

Joannes rex hoſpitatus cum Gul: Stotevil apud Cotingham.

Gualterus de Clapnum Seneſcallus Norman:
niaco

Beauver caſtel: Gul: de Aubericio tradidit filium ſuum in obſidem Joan: regi pro caſtello de Beauver.

Gul: Mareſcallus comes de Striguil.

Rogerus de Lacy conſtabular: Ceſtriæ.

Robertus de Turneham factus regis Joan: procurator in Pictavia.

☞ Anno D. 1204. Robertus comes Leyrceſtriæ obiit abſque ſobole. Cujus comitatum Simon de Monteforti & Saerus de
e
Quincy inter ſe dividunt, eo quod Saerus & pater Simonis uxores duxiſſent ſorores prædicti comitis.

Anno

Anno 1211. Grex cervorum fugiens ex foreſta [a] de . . . . . . . projecerunt ſe in mare in oſtiis Sabrinæ flu.

Anno D. 1212. Suburbium de Southwark cum cœnob: S. Mariæ & ponte London: conflagravit.

Moderniores Scotti imitantur Francorum mores.

Euſtachius de Veſcy.

Gaufridus archiepiſcopus Ebor: frater Joannis regis Angl: ſed nothus, obiit inter Francos in exilio 1212.

nothus nothus

Gulielmus comes Sareſbiriæ frater regis Joannis. Gul: comes Sarum, frater Joan: regis.

Anno D. 1213. Gaufridus filius Petri Juſtitiarius Angl: obiit.

Anno D. 1214. Simon de Apulia Decanus Ebor: fit epiſcopus Exon:

Anno 1215. Gul: archid: Huntingdon fit epiſcopus Ceſtrenſis.

Hoc anno nobiles de Boreali parte convenerunt apud Stanford contra regem Joannem.

Hoc anno multi ex regalibus interfecti apud Northampton, unde poſtea in vindictam bona pars villæ incenſa. Pag. 362.

Richardus de Mariſco cancellar: Joan: regis.

Proceres dividunt inter ſe partem reg: quæ à rege defecerat.

Gaufridus de Mandevil Eſſex: comit: accepit.

Robertus filius Gualteri Northampton.

Rogerus de Creſcy Northfolk & Southfolk.

Saerus Grantebrigeſhir & [b] Huttendon.

Gul: de Albener comitatum Lincoln:

Joan: conſtabularius Ceſtr: Eborum & Notingham.

Robertus Ros Northumbreland.

Poſtea tractare cœperunt de novo rege eligendo.

Gul: Mareſcallus comes Penbroke ſecutus eſt partes regis. Filius Gul: Mareſcalli ſecutus eſt partes Baronum.

Derteford villa Cantiæ.

Nec meminit ætas noſtra obſidionis tam urgenter factæ, nec tam viriliter defenſæ. Roſa obſeſſa, & tandem à rege capta.

Gualterus Gtay fit archiepiſcopus Ebor: caſſata electione Simonis Langton fratris Stepha: Langton Cantuar:

Præſidium de Coleceſter captum à Joan: rege.

Ludovicus filius regis Franc: applicuit in Thanet accerſitus ut regnaret.

Axholme à Joanne rege vaſtata.

Petrus comes Britanniæ jure ux: ſuæ ſororis Arturii.

Munitio regalium in Hely.

Berchamſtede caſtel: à Ludovico filio Franc: captum.

Regales miniſtri Henr: 3. recuperant caſtella Merleberg, Farnham, Winton: Ciceſtriæ, quæ omnia fere demolita ſunt.

[a] *Foreſtæ nomen omiſit Lelandus.* [b] *Sic.*

Mount

Saerus comes. Mount Sorel caſtrum comitis Saeri, [com: Leic:] quod Ranulphus comes Ceſtriæ protenus proſtravit.

Comes Saerus, comes Gilbertus capti apud Lindum à regiis.

Gul: Mareſcallus comes Penbrok obiit, & David comes Huntingdon.

Saerus de Quincy comes Wintonienſis, & Robertus filius Walteri obierunt Damiatæ in terra ſancta.

Anno D. 1219. Joannes abbas de Fontibus electus in Elienſem epiſcopum.

Pag. 363. Gul: de Forz comes Albæmarlæ.

Caſtellum de Biham munitum à Gul: de Forz contra regios, & paulo poſt captum ac funditus eradicatum.

alias Fodringhey. Gul: de Forz occupavit inſidiis Fodringhey caſtel:

Anno D. 1220. Gul: de S. Mariæ eccleſia reſignavit epiſcopatum London: cui ſucceſſit Euſtachius de Fauchenberge regis theſaurarius.

Hubertus de Burg Juſtitiarius totius Angl: duxit in ux: Margaretam primogenitam Gul: regis Scotiæ, & ſororem regis Alexandri.

Petrus de Malo lacu. Petrus de Maule, Pictavus gen: cuſtos factus caſtel: de Corf à Joanne rege, accuſatus læſæ majeſtatis Henr: 3. at non convictus.

Provinciale concilium celebratum Oxon: à Stephano Langton epiſcopo Cantuar: 1222.

Anno D. 1223. Wilhel: de Cornehil epiſcopus Ceſtriæ obiit. Succeſſit Alexander de Staneby.

Falcaſius de Breante Normannus cuſtos caſtelli de Bedeford munivit illud contra regem.

Gul: de Breante frater Falcaſii conjecit Henr: de Braybrok in vincula [a] conjectus" in caſtro Bedeford:

Caſtrum Bedefordiæ ab Henr: rege captum ſolo coæquatur.

Caſtrum de Bedeforde jure ſpectabat ad Gul: de Bello campo.

Anno D. 1225. Joannes Elien: epiſcopus obiit. Succeſſit Gaufridus de Burgo archidiac: Norwicen:

[a] *Hæc vox ſupra lin. cum nota inductionis, à manu quidem Lelandi. Sed abeſſe malim.*

Finis Partis primæ Tomi primi Lelandi Coll.